Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

~~Elzevirs~~
~~D. 6~~
KW. 224
C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Emptus in auctione publica.

D. de Priesac.
adversus C. Jansenium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

VINDICIÆ GALLICÆ, ADVERSVS ALEXANDRVM

PATRICIVM ARMACANVM, Theologum.

musei Ven. Card. Bell.



Koninklyke Bibliotheek te 's Hage

5

Iuxta Exemplar,

PARISIIS.

cIↃ IↃ C XXXVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

TITULOR INDEX.

I.

Vtrum Rex Chriſtianiſſimus juſtam belli inferendi cauſam habeat. fol. 15

II.

De Vnctione Regum Chriſtianiſſimorum. 34

III.

De Simpullo, ſeu Ampulla Rhemenſi. 45

IV.

An Vnctio Regum Francorum à Pipino inceperit. 53

V.

De ſtrumarum Curatione. 56

VI.

De Titulis Regum Chriſtianiſſimorũ. 61

VII.

De Titulo Chriſtianiſſimi. 69

VIII.

Clotarius, Dagobertus, Pipinus & Philippus Pulcher, ab injuria vindicantur. 78

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

IX.
De Titulo Catholici. 92

X.
Geſta Regum Hiſpaniæ ad promerendum Titulum Catholici. 96

XI.
Recentiora Hiſpanorum geſta, pro Fide Catholica inter Paganos propaganda. 108.

XII.
De Titulo primogeniti Eccleſiæ. 120

XIII.
De promeritis quibus Galliæ Reges Chriſtianiſſimi cognomẽ conſecuti ſunt. 126

XIV.
Geſta Chriſtianiſſimorum Regum adverſus Hæreticos. 139

XV.
De Beneficiis à Chriſtianiſſimis Regibus in Hiſpanos collatis. 148

XVI.
De lege Salica. 153

XVII.
De proſapia Hugonis Capeti. 164

XVIII.
De conatu Hiſpanorum ad Imperium unice obtinendum. 169

XIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XIX.
De rite conceptis Chriſtianiſſimi Regis fœderibus. 178
XX.
De fœdere Aſa cum Benadad. 184
XXI.
De fœdere Ioſaphati cum Ochozia. 191
XXII.
De fœdere Machabæorum cum Romanis. 195
XXIII.
Vtrum Franciſcus I. *Rex Galliarum, cum Turcis fœdus inierit.* 202
XXIV.
De fœdere Chriſtianiſſimi Regis cum Hollandis. 208
XXV.
De fœdere Germanico & Suecico. 224
XXVI.
De Vrbium excidiis. 230
XXVII.
Teſtimoniis exempliſque probatur, licitum eſſe cum infidelibus fœdus percutere. 238
XXVIII.
Hiſpanorum & Auſtriacorum fœdera cum infidelibus. 244
XXIX.
Nullam Hiſpanis Religionis curam eſſe. 250.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XXX.
Diluuntur Armacani calumniæ quibus indirectè ſemper à Gallis afflictam fuiſſe Eccleſiam dicit. 260

XXXI.
De diſtinctione directæ & indirectæ voluntatis. 265

XXXII.
An in bello Hollandico tutâ conſcientiâ Franci militare poſſint. 271

XXXIII.
Iudicium Chriſtianiſſimi Regis in delectu Adminiſtrorum. 274

XXXIV.
De Regnorum ortu & occaſu, incrementis & decrementis. 282

XXXV.
De Beati Remigii Teſtamento. 289

VIN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

VINDICIÆ GALLICÆ, ADVERSVS ALEXANDRVM PATRICIVM ARMACANVM Theologum.

PRÆFATIO.

PRODIIT *nuper è Batavia Alexandri Patricii Armacani Liber, cui frons & titulus eſt* Mars Gallicus, ſeu de Iuſtitia Armorum & fœderum Regis Galliæ; *quo ſcilicet infauſtus ille belli præcentor, Martem ipſum quaſi cantu accendere, ac gladiorum licentiæ intemperantia linguæ, cruen-*

toque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

toque ſtilo præludere viſus eſt: aut etiam, velut excetra quædam, quod Hiſpanica cuſpide parat vulnus, importuno ſibilo prænuntiare. Hoc unum enim in votis habet, Francorum Regum gloriam, quam undique circumfluentem ferre nequit, maledictis deterere, famam depeculari, honoris inſignia revellere, vitæ ſplendorem maculis aſpergere, parta virtute decora extenuare, magnum denique quodcumque nomen, quicquid poteſt, & quacumque ratione poteſt, allatrare. Nec in Chriſtianiſsimo Rege Ludovico tantum perpetuus ille Heroum obtrectator conſiſtit, aut tam invicti Principis laureas conatur infuſcare: ſed etiam deceſſorum tumulis inſultat: in ipſo cinere irarum cauſas quærit; & Clodovei, Dagoberti, Pipini, Caroli Magni, aliorumque Manes Cælitum conſeſſores invadit, conviciis premit, ac per conculcata tantorum Regum buſta,
iter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

iter ſibi molitur ad magnitudinem Hiſpanorum aſtruendam, & exaggerandam. Cumque in hoc tanto molimine pluribus ab eo modis vexata ſit, & obſcurata Veritas; attamen quaſi ei thura quotidie adoleat, nihil magnificentius, quam illius lucem ac vibrantes radios loquitur. At illa certe nullis machinis ita premitur, ut opprimatur; numquam ſic extinguitur, ut non magnis ſuis veſtigiis emineat; in omnium animos ſuum præmittit lumen, contraque fictas hominum improborum inſidias facile ſe per ſe ipſa defendit; maxime vero in Francorum Regum geſtis percenſendis nihil erubeſcit, niſi ſolummodo abſcondi. Sane quiſquis ingentia facta quibus illi orbem Chriſtianum ſibi demeruerunt, non videt, cæcus eſt; quiſquis videt, nec laudat, ingratus eſt; quiſquis laudanti reluctatur, inſanus eſt. Verum ea de cauſa hos animos & ſupercilium Armaca-

nus aſſumpſit, ut inciſis gradibus & clivis, quibus illi ad ſuum decus, & ad ſæculorum ornamentum evecti ſunt, eos facilius de perſpicuæ famæ ſolio deturbaret: & quod in lancibus libræ uſu venit, depreßis Chriſtianißimis Regibus, attolleret Hiſpanos, quorum magnam laudem in obtrectatione Gallorum poſitam eſſe putat. Hac una ratione illos credit emerſuros, quos ut vere Catholicos, Pietatis vindices, Fidei defenſores, pareſque Divis immortalibus prædicat. Sed ad hoc præſertim toto pectore totaque cogitatione incumbit, ut velamentum Religionis, qua nihil eſt in ſpeciem fallacius, vel ipſis etiam Hiſpanorum ſceleribus obtendat; quod ſane conſulto facit. Neque enim ignorat, nullos hominum eſſe magis in dißimulationem ſui compoſitos, fingendiſque virtutibus ſubdolos; quos nunquam pudet Religionem in Ambitionis clientelam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

telam demittere, dummodo ſacrorum involucris, impotentem ambitum vulgi oculis ſubducere poſſint. Hoc unum eſt Gentis ingenium: hic ille patrius mos, qui cum magnitudine Imperii adolevit, erupitque, & à Siſenando Rege inter arcana dominationis, & inſtrumenta regni, ad Nepotes ſuos tanquam ſcelerata hæreditas, tranſmiſſus eſt. Ea vero ſuprema illius fuere mandata, ut ex ingenti Religionis ſpecie, adumbratoque nomine, eximii juris occaſionem mutuarentur, illius perſonam, ludionum more, velut in ſcena geſtarent, colorem fuco mentirentur, prætexti cœlo terras captarent, ac pro ipſo quaſi decertantes, ſolertiſſime ſibi vincerent. Quod animadvertens olim Mauriſcorum Rex quidam, Hiſpanos externo tantum habitu, non intimo cordis affectu Religionem æſtimare, ſolitus erat dicere; ſcilicet hac fronte ad aram inter- Thuan. hiſt. 48.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

dum confugit Templi violator; nec offenſo numini horret vota nuncupare: Sic Romani conditor Imperii, cui dira regnandi cupido inſtar omnis Divinitatis erat, ſe tamen tanquam Deorum ſanguine ſatum mendaciſſimo titulo venditabat: ſic impius ille Core à Tabernaculo Dei corpore non recedebat, qui animo ſejunctiſſimus erat: ſic denique Magi, ut imperitorum mentes faſcinent, & gnaviter impii eſſe poſſint, ſacrorum ritus & ſancta nomina ſolent prætexere. Egregium vero ac palmarium inventum, quaſi hoc nefario Religionis ſtellionatu impoſtura fieri poſſit divinæ Iuſtitiæ oculis, qui mentis humanæ latebras, abditoſque receſſus permeant; & quod quiſque animo voluit, quid conſilii agitet, diſcuſſis omnium diſſimulationum integumentis explicatiſſime pervident. Quia vero lentam illa manum, quamquam ineluctabilem,

lem, rebus humanis admovet, his artibus hucuſque res Hiſpana crevit, ac porro progreditur, dum hoc habet ſimulatæ, fucatæque Pietatis pretium, ut majore fallat emolumento; Cumque hæc omnium oculis, ipſique cælo ad ſpectaculum circumfuſo pateant, non veretur tamen Armacanus in Chriſtianiſſimi *ſanctiſſimique* Regis *obtrectationem impingere, idque in eo reprehendere quod totum laus & gloria occupavit. Ac proinde, ſi quando ille fœderatis* Principibus *undecunque advocatus, præſentiſſimus opitulator, ac velut ſociale numen adſtiterit, ſi libertatem eis, ad quam ex ipſo libertatis atrio proclamabant, armis ſuis, quaſi vindicta aſſeruerit, res eorum afflictas & labantes erexerit, atque quod injuria erat ablatum, æquitatis manu refuderit; exclamat ille omnes divini humanique juris ſanctitates eſſe violatas; & quod laudi de-*

buit adſcribere, in criminis invidiam vertit. Si qui forte in armorum ſocietatem perducti populi, jugum Hiſpanicum cervicibus excutere tentaverint, & commiſſa dextræ dextra ſociæ contulerint conſilia; hæc fœdera, quamvis augurato, ſalviſque auſpiciis firmata, ut impia & adverſis numinibus ſancita, ſumma verborum immoderatione inſectatur. Si quid ſtrictis gladiis, & calentibus armis, temperandæ victoriæ impares milites diripuerint, & ad inſontes, interdum etiam ad aras uſque crudelis ira pervenerit, id omne innocentiſſimo Regi, quo nemo ſanctius Religionem colit, audet affingere; ut aris fociſque infeſto diras obnunciat, caput devovet, & quod ajunt, è pelvi fulgura elicit. Si quando ille ſui jura Imperii tuetur, aut repoſcat, & Hiſpanorum potentiæ reliquas gentes, niſi opprimatur, oppreſſuræ, tanquam inſano torrenti

renti ſe objecerit, tam publicum tamque ingens bonum ad invidiam exaggerat, & in criminationis acerbitatem deducit. Si quem denique à latere & aure habeat nobilium curarum participem, & præcipuis poteſtatis ſuæ momentis admotum, qui graviſsimos ſuos labores conſiliis juvet ac leniat, & cum influentibus ex toto orbe negotiis inconfuſus ſemper & intrepidus paria faciat; hunc occultis telis venenoque delibutis Armacanus petit, ac inter fulgentiſsimas virtutes occaſionem criminum rimatur, quo ſcilicet rerum ſummam procurante, & ingenium Gallico par Imperio exerente, dolet Hiſpanorum ſpes hiantes prorogari, ac nihil unquam tantis conatibus proſpere ceſſurum arbitratur. Cum itaque non ita pridem hic Armacani liber in meas manus veniſſet, non potui certe non indignari, quia non cadit in formulam communis do-

lor: Accendit illico animum tot ſummorum Regum recordatio, ut hanc advocationem ſuſciperem adverſus calumniatorem, ſuperba noſtri contemptione exultantem, ac Reipublicæ Gallicæ perniciem machinantem. Habet & amor patriæ ſuum impetum: & cum de Chriſtianiſsimis Principibus loquor, orationi moderari neque poſſum, neque debeo. Patiemurne illos Gallici nominis vindices, quos æternus Annalium honos colit, improbi obtrectatoris vocibus infamari? An æquis auribus audiemus tot Heroum inclytam claritatem obſoleſcere, & obſcurari, quam vividam & nitentem tot retro ſæcula retinuerunt? Plane ſi quis eſt publici vulneris ſenſus, diluendæ ſunt illæ maculæ, quibus hic novus Cenſor ſine cenſura Regales faſces aſpergere conatus eſt: ne forte ſilentium noſtrum in conſcientiam Hiſpani ducant, ſibique eo nomine blandiantur,

quaſi in ſinu Iovis poſiti Iunonii pueri male audire nequeant; Dumque alii majore apparatu defenſionem accurabunt, ego interim pulverem Regum Gallorum purpuræ injectum excutere, & luto contaminatas imagines expurgare aggrediar: ut diſcant illi tandem, Gallos non magis bellica virtute, quam cauſa vincere. Faciam itaque rem non difficilem. Francorum Principum cauſam agam, iiſdemque modis & machinis eos in juſtum laudis & honoris faſtigium aſſeram, quibus eos Armacanus de gradu dejicere contendit: ea tamen moderatione ſervata, ut ſi quid acerbi mihi permiſero, ſi quod telum manu fugerit, in vitia, non in homines, emiſſum volui. Si enim, Armacane, juris copia & facultate fretus ad accuſationem proſiliam: ſi tua adverſus te maledicta revolvam, & ſpeculi vice fungens, te tibi, Hiſpanoſque tuos oſtendam; & crimina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſuppetent, & ſenties quam certioræ ſint tela provocatæ Veritatis adverſus eos, qui ut Catholicum nomen impleant, ad orbis Chriſtiani Imperium, quod ſpe complexi ſunt, conſurgunt, atque eluctantur: ac ut tam immanis voti compotes fiant, ſacros finitimorum Regnorum terminos, & æterna Naturæ fœdera convellere ac movere non deſinunt: nunquam quieti, niſi cum ipſam Deam Quietem, ut olim Romani, à finibus ſuis expulerint. Scrutantur terras ignotas, maria novis claſsibus tentant, concupiſcunt quod neſciunt; & ut ita dicam, ipſa mundi clauſtra perrumpunt. Neque enim adhuc tot Provinciarum, tot Regnorum acceſsiones, ſatietatem ullam, ſed potius irritamentum attulere: tantum illis deeſt, quantum cupiunt: aliis fines abſtulerunt, ſibi nullos conſtituunt; quicquid potentiæ aliis accedit, ipſis id omnino videtur deceſsiſſe; atque cum

D. Aug. de Civit. Dei 4. cap. 16.

cum omnem æqui honeſtique curam abjecerint, non ceſſant tamen pravæ cupiditati, cui ſe devoverunt, Iuſtitiæ velum prætendere; cujus illi quidem ſibi Gladium vindicant; ſed ad Libram, quam altera manu geſtat, nunquam reſpiciunt. Quod ſi aliquando juſta ipſi pendere incipiant, ſi ſua ab illis ſpolia nudatus orbis repoſcat, & ab Hiſpanico Leone, non magis Maurorum, ut ait, quam Chriſtianorum ſanguine rubente, prædæ repetantur; ad humiles Caſtellæ caſas & egeſtatem reverſuri ſunt. Deſinant ergo tandem quæ in eos valent crimina in meliores transferre, ac tanquam emeritis jam ſimulationum ſtipendiis, cupiditatem ſuam & ambitum perfricta fronte profiteantur, & animi ſui vultum induant. Celebrent quantum volent aut valent, Reccaredos ſuos, Ferdinandos & Alfonſos, dummodo Clodoveis noſtris, Pipinis, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Carolis Magnis non obloquantur; aut de innoxiis Liliis veneno ſuo paſtum non quærant. Nos interim mentem illis quietiorem, animum poteſtatis temperantiorem, manum abſtinentiorem, & Armacano calamum modeſtiorem exoptamus.

I. *Vtrum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

I.

Vtrùm Rex Chriſtianiſſimus juſtam belli inferendi cauſam habeat.

EDIXERAT olim lex antiqua, ut ſi quando alveus ruptis aggeribus, & ſtrage obſtantis molis refuſus, premeret valles, innataret campis; ac ſolutus legibus ſine modo ferretur; & in majora violentus & eliſus oberraret; omnes ſtatim non ſolùm accolæ, ſed etiam contermini populi, velut ex edicto Prætoris de ripa munienda, collatis ſtudiis, communique opera reſtagnanti flumini obviam irent,

priuſquam homines urbeſq; uno vortice involveret, & onuſtus ruina gentium ſuperfunderetur. Rapidiſſimi fluminis non abſimilis eſt Hiſpana dominatio; nec alluvione tantùm, & fallente incremento Inſulas molitur; ſed aperto torrentis æſtu magnas Regiones, & integra Regna exhaurit, abripit; nec vnquam ad ſui menſuram, aut intra ripas ſuas amat revocari. Sed nec facilè eſt illi obſiſtere, niſi coërcendis & compeſcendis tantis excurſibus, Herculeus quidam labor, ut quondam in Acheloi irruptionibus, impendatur. Huic autem labori ſolus par eſſe potuit gentium Arbiter, & publicæ ſecuritatis vindex LVDOVICVS REX CHRISTIANISSIMVS; ex quo primùm Italię Germanięq; Principes, ſupplices ad eum manus pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

protendere, Juſtitiæ nomen apud Juſtiſſimum Regem ciere; dextram denique illius, non magis in bellis, quàm in fide firmiorem implorare cæperunt; ut nimirùm unde vi armata deiecti & exturbati erant, quaſi Vindiciarũ judicio, & ſummo Faſcium jure reſtituerentur. Ille verò bono publico natus, & honeſti decoris tenax, hanc præcipuam ſummorum Regum laudem eſſe duxit, pereclitanti Fœderatorum fortunæ intercedere, intenta eorum jugulis tela manibus extorquere, ac ſæva ſorte oppreſſis quaſi nova fata impertire. Eandem operã ſuppliciter efflagitabat Trevirenſis Præſul; quem nec teſſera Pontificiæ dignitatis, nec majorum Infularum præſidium, nec inauguratrices manus ab Altari calentes, nec qua fungebatur

Dei

Dei legatio, ab ignominioſa immunem compreheſione potuerunt præſtare. His accedebat communis utilitas, quæ ſocietatis maximum eſt vinculum. Ita enim comparatum eſt cum rebus humanis, ut rei una pars augeri non poſſit, niſi altera opprimatur; quod ut effugiat Natura, hoc habet inter cætera Iuſtitiæ ſuæ præcipuum, ut partes ſuas, velut in ponderibus conſtitutas examinet, ne portionum æqualitate turbatâ, mundus præponderet. Non unius ergo, aut alterius Principis, ſed omnium agebatur cauſa, ne fortè vis incendii altiſſimè patens, lateque diffuſſa, velut ex continentibus tectis in alia trajiciendo, cuncta pariter vaſtaret, eademque inſigni clade Gallia conflagraret, & abſumeretur. Sanè cùm nupera ſit Hi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſpanæ gentis potentia, & intra centum circiter annos; quia tamen perpetui eſt initii, & in ipſo exitu incohat brevi in eminens, & aliis Imperiis timendum perducta eſt faſtigium. Itaq; ſua intereſſe Rex Chriſtianiſſimus arbitratus eſt, dum vicina omnia hoſtili flamma relucerent, ut tempeſtiva celeritate deflagrationis impetus, in ipſo exortu vel Incendiariorum ſanguine reſtingueretur; adeò ſummis Imperiis nihil negligendum eſt; ipſaque mali ſemina antequam adoleſcant, & in perniciem vertantur, ſtirpitus elidenda ſunt; Vt jam nullus cunctationi locus Chriſtianiſſ. Regi relictus videretur, in eo conſilio capeſſendo, quod non poterat laudari niſi peractum. Sed nec ille quicquã generoſius velle, aut glorioſius præ-

Guicciard. lib. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

præſtare potuit, quàm vt armatus præſidium amicis, opem ſociis, ſalutem periclitantibus, Imperio ſecuritatem, inimicis verò metum ac terrorem ferret. Intelligebat nimirùm hæc eſſe vera Regni decora, has veras opes, hanc veram, nec ullis unquã ſæculis ceſſuram gloriam, quam ab ipſis etiam Majoribus acceptam, novi ſplẽdoris acceſſione cumularet. Ex qua enim gente alia quàm Francorum, cæteri totius orbis Principes, nullo etiam fœdere, nec amicitia conjuncti, in ſuis rebus attritis & exciſis, præſentius auxilium ſenſerunt? Fuit certè Gallia, fuit ſemper, & nunc eſt arx Juſtitiæ, Ara ſupplicum, Innocentiæ vim paſſæ propugnaculum, injuriâ jactatis tutiſſimũ perfugium. Qualis enim ex naufragio laceris, qui ſævas tem-

tempeſtates, & albentes fluctibus ſcopulos evaſerunt, reliqua ſpes erit, ſi littus hoc atque portus fidiſſimus præcludatur? Stimulabat ſubinde Chriſtianiſſ. Regem, quod in Fœderatis ſuis oppugnabatur ipſe, latus quippe ſuum illa tela premebant, quicquid illis peribat, ſibi deperibat: ſuum illud dedecus erat, ſuum excidium; jamque à contactu Hiſpanæ dominationis violatos habebat oculos. Quid? concuſſa & luxata Europæ compage, cùm partibus labantibus ſignum hactenus ruina dediſſet, ipſe metu defungeretur? Hiſpanus ardens ſtudio Galliæ labefactandæ in ſago fureret, ipſe in toga legibus ſe defenderet? ille vigilaret, ipſe in tanto rerum tumultu indormiſceret? læſus non doloret? iratus non efferretur? laceſſitus non pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

pugnaret? tota deniq; ſuis emota & excita ſedibus Hiſpania ſtrages agitaret, arma circumferret, omnia miſcere agereque inciperet? Gallia verò victoris altrix Populi, tot ornata trophæis, tot triumphis ditata, tos victoriis locupletata, ſine telo apud Martem cauſam diceret? gladium ornamentum tantùm dexteræ, non etiam vindicem oſtenderet? Ignominiam pro avita virtute coleret? Impotentis deniq; ſuperbiæ ſervitio colla ſubmitteret? Tantum certè illi dedecus tamque fœdam inuri labem non eſt paſſus Rex Chriſtianiſſimus. Fortunam ille publicam in conſilio habuit; & eo ſubinde impulſus motu, quem ad præcipua humani generis fata Principum mentibus Divina vis ingenerat, veterem illam Imperii Gallici fiduciam re-

no-

novavit, Fœderatis auxilia ſubmiſit, Hiſpanis bellum Fæciali jure indixit, & indictum ſtrenuè geſſit; non quidem pro gloria, cujus ſatietatem jamdudum fecit rerum geſtarum magnitudo, ſed pro ſociorum libertate, pro capitis ſalute, pro Imperii incolumitate. An hæ tibi, Armacane, idoneæ honeſtæque belli ſuſcipiendi cauſæ non videntur? At verò piæ ſunt, juſtæ ſunt, neceſſariæ ſunt. Quid enim juſtius, quàm Fœderatorū injurias prohibere, oppreſſos ſublevare, fidem iis & amicitiam, præcipua humani animi bona, præſtare? Quid magis pium, quàm Captivis auxiliares manus porrigere, Calamitoſis libertatis luciſque uſuram reddere; ac ex ergaſtuli detrimentis in benigniorem educere fortunam? Quid neceſſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſarium magis, quàm in tanta ini-
micorum audacia, ubi nulla niſi
in ferro expediendæ ſalutis ratio
relinquitur, & omnis ſpes in ſola
dextra geritur, arma induere,
quæ Fortibus honeſta, Ignavis
etiam tutiſſima ſunt? An auribus
tuis vox hæc Ambroſii aliquan-
De Offic. c. 56. do non inſonuit? *Fortitudo*, in-
quit, *quæ vel bello tuetur patriam,*
vel defendit infirmos, plena Iuſtitia eſt.
Et iterùm, *Qui non repellit injuriam*
à ſocio, tàm eſt in vitio, quàm ille qui
facit. Quid Africæ gloria Augu-
De Civit. Dei. ſtinus? Nonne juſta illi ſunt bel-
la, *Quæ ulciſcuntur injurias, aut quas*
iniquitas adverſæ partis ingerit? No-
lo hic decuriatim teſtes rogare,
aut lucem tenebris aſpergere, in
D. Thō. & Cajet. 2.2. q. 10. p. art. 1. 8. & 2. re tàm liquida, tamque apud o-
mnes Theologos confeſſa; qui-
bus ſcilicet bellum actus eſt ul-
tricis illius Juſtitiæ, cujus gla-
dium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

dium Deus unà cum Imperio Regibus ad populorum tutelam commiſit, atque etiam ut ſuſceptam ſemel Regii nominis majeſtatem, vel armis, in quibus interdum jura ſunt regnandi, tuerentur, & in gloriæ decus aſſererent. Sed quid literarum auctoritate opus eſt, ubi Lex non ſcripta, ſed nata, ad ſui defenſionem arma ſuggerit, & has juſtiſſimas eſſe vices clamitat, quæ laceſſentibus ultionem reponunt; ut quod quis alieno excogitavit damno, excipiat ſuo. Tueri res ſuas & Imperium Natura docuit, Ratio ſuaſit, Religio nulla vetuit. Quid enim eſt quod contra vim ſine vi fieri poſſit? Nihil veris affingo, nihil exaggero; nec augere belli cauſas volo: utinam ratio eſſet minuendi! ſed hæc omnibus, tàm quibus ſalus, quàm qui-

Victor. relect. de Iur. bell. nu. 27. Vaſq. 1. 2. diſt. 64.

quibus Fœderum fides cariſſima
eſt, juſta eſſe, atque etiam præ-
clara ad bellum incitamenta
contendo. Certè commune ar-
mis propulſare periculum, nobis
conſulere, aliis prodeſſe quo poſ-
ſimus, non licitum modo, ſed &
ſemper honeſtum fuit. Sint illi
ſervi, qui liberi eſſe neſciunt:
Galli profectò alieni patientes
arbitrii, & Hiſpanicæ ſervitutis
inſtrumenta eſſe non poſſunt:
honeſtius utiq; in jugum caſuri,
quàm ituri, injuriã nec facere nec
pati ſciunt: bella neq; provocant,
neque timent; ſed hoſtibus ſuis
palam faciunt, eam eſſe acerrimã
virtutem, quam extrema neceſſi-
tas extundit. Tu tamen, Armaca-
ne, illis obſtrepere nõ ceſſas, & à
gladio cinctis Victoriæ rationem
expoſcis; quaſi hæc Chriſtianæ
infeſta Religioni & luctuoſa ſit,

qua

qua nimirùm illius obliteratur cultus, templa diripiuntur, aræ commaculantur, ararum ſupplices expelluntur,omnia ſacra ſanguine facibuſque miſcentur. Verùm in quos, quæſo, telum illud intenditur, niſi in Sinones illos, qui primi hæc incendia miſcuerunt, hunc tumultum intulerunt, atque hanc miſeram quidem,ſed inevitabilem neceſſitatem Gallis impoſuerunt. An neſcis cœcam eſſe Victoriam, ſæviuſq; finiri quàm incohari bella? Vbi enim ſemel ad gladios ventum eſt,& in mutuam perniciem multorum millium par furor deſævit, quis ſtricto ferro legem dabit? Quis cruori, unde & quantus fluat? Quis ducum, ferocientibus militum animis moderabitur? Habet in ſe bellum cùm alia mala plurima, tùm

illud in primis, quod malè animatis & prædabundis hominibus infinitam aperit graſſandi licentiam; cædes, incendia, everſiones, populationes, vaſtationes, propria ſunt illius negotia. Sed cùm de belli cauſis & meritis conſtat, jura ipſa peccatis conſentiunt, ſolvuntur legibus crimina; & quod in ſingulis homicidium eſt, in univerſis virtus, aut ſaltem glorioſum ſcelus vocatur: atque etiam quæ alibi puniuntur, hic in triumphis oſtentantur: hi ſunt Gentium mores, qui ex longa die humaniores leges in poteſtatem ſuam perduxerunt. Si quid tamen ſancti ruens in prædam miles alienus ſubverterit; ſi non igni, non ferro abſtinuerit, ſi ſacra pulvinaria contaminaverit, ſi in ſanctiſſima fidei noſtræ pignora fe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ra ferocierit, ſi denique Inſontes nec Religio quidem inter arma hoſtilia ſupplices texerit, hoc totum malorum agmen vobis unis, ô Hiſpani omnium ventorum & tempeſtatum Æoli, acceptum ferimus; qui primi ſcilicet Bellonæ litaſtis, primi in campum militem eduxiſtis, totiuſque perturbationis nobiles auctores extitiſtis. Tu verò, Armacane, homo planè averſus es, & exhauſti pudoris, qui hac invidiæ flamma Chriſtianiſſimum Regem flagrare cupias; illum, inquam, cujus potentiam nemo injuriâ ſenſit; cui primum poſtremumque fuit inter ipſa bella mente pura, & cogitatione ſincera, Religionem colere, Templis Sacra, Sacris Aras, Aris Pontifices reddere, ac reſtituere. Quod ſi fortè vim factam Sacris, numiniſque ſedibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

illatam audiat injuriam, hæc mala ſummo cum animi cruciatu auribus excipit, afflictis condoleſcit, lachrimas lachrimis jungit, Inſontium manibus, Sontium ſuppliciis parentare jubet; & ubique quo poteſt, jus crudelitatemque victoriæ temperare ſolet; *Certè haud nocens eſt quicunque non ſponte nocens eſt*, aut qui in ipſis Fœderum ſanctionibus ſtipulatione plus quàm Aquiliana cavit, ne quid detrimenti caperet Religio, à quo illa tàm multa præſidia ſtabilitatis, tamq; multa dignitatis accepit ornamenta. Nihil enim antiquius habet, quàm in ſumma Armorum licentia, non minus piè quàm fortiter bella gerere; ut non illa virtutis magis, quàm integritatis eſſe videantur. Hoc ille Imperio majus habet quod inter gladios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

& paludatus, canente etiam claſſico, non ſuam, ſed pacis cogitet victoriam, nec aliud quàm ſibi ſecuritatem, Sociis libertatem, ſubditis fœlicitatem quærere; Hiſpanis verò ſolam injuriæ licentiam auferre in animum induxerit: non illorum iraſcitur nomini, ſed cupiditati; non illi in Religionem bellum eſt, ſed in Religionis publicæque Chriſtianorum tranquillitatis interturbatores; communem non convellit concordiam, ſed vindicat, & jam cœpta Hiſpanorum certamina ferro tantùm finire decrevit. Si hac in re peccatum eſt, nobile crimen eſt, tamq; juvat eum peccaſſe, quàm aliquod grande bonum orbi mortalium invexiſſe. Atque hoc jure ſatis egregii rationem conſilii conſtare puto; ſed tu fortè meliore belli titulo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

firmioribuſque juris præſidiis Hiſpanorum cauſam ſubnixam arbitraris: planè ſi Auguſtinum diſceptatorem feras, manet illius Decretorium judicium, quod his verbis pronuntiavit. *Inferre bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſola regnandi cupiditate conterere ac ſubdere, quid aliud quàm grande latrocinium nominandum eſt?* Scimus Hiſpanos nulli parere ſententiæ, niſi quam ipſi tulerint: hanc tamen audi nullis Hiſpaniæ Præfecturis obnoxiam. *Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, libido dominandi; & ſi qua ſunt ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis jure culpantur.* En, Armacane, veris certiſque coloribus illos delineatos, qui ſui ſemper incontinentes finitimos populos armis attentant;

Contra Fauſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

tant; qui magnitudinem Fortunæ ſuæ graſſandi licentiâ metiuntur, qui quantũ opibus pollent tantum ſibi juris arrogare ſolent; qui denique bella ex bellis ſerendo in omnium perniciem exultant, & humani generis diſſociant concordiam; nec unquam leges invocant, niſi quando ferro diffidunt; gentium vaſtatores, Regnorum everſores, orbis raptores; adeò altè inſitum illis eſt dulce & invictum Ambitionis malum, & Potentiæ dira gloria, & in ſuſceptas ſpes Regnandi pertinax animus. Eandem ergò habeant Fortunam quam ipſi faciunt: quæ aliis damna intulere, viciſſim ſentiant, in injuriam noſtram ſine ſua non veniant, & exemplo ſuo turbatam Pacem ſanciant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Auctorem ſcelus repetit,
Suoque premitur exemplo nocens.

II.

De Vnctione Regum Chriſtianiſſimorum.

FAcile te, Armacane, patimur attramento malè conciliato immerentes & infœlices chartas inficientem atque oblinentem: ſed cùm fuligine madentem adhuc calamum in Sacroſanctũ intingis Balſamum, quo cælitùs demiſſo Chriſtianiſſimi Reges ſolemnibus Regni myſteriis initiari ſolent, quis te ferendum putet? maximè vero quando cœleſte illud Oleum, nec majoris eſſe Sanctitatis, nec Sacrum illitum Prærogativæ aut præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

præcipuæ Poteſtatis beneficium ullum impertire contendis. Verùm licet fremat Inuidia, manet inconcuſſum Regii vatis Oraculum, quo ille cœleſtis Sponſi Sanctiſſimam Inunctionem Prophetico proſpiciens oculo, illam etiam longè poſt futuram qua Reges Gallorum inter Regni Auſpicia imbuuntur, viſus eſt adumbraſſe. *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Nec abludit quòd Pſalmus unde ſacer hic delibatur profatus pro Liliis habetur inſcriptus; & ipſe Dilectus deliciatur inter Lilia, & ex iis amat ſibi corollas texere, ad quarum dignitatem nec ipſe Salomon in ſua Regiæ Fortunæ opulentia nuſquam aſſurrexit. Cave autem putes nos divina effata humanis

Pſ. 44.

Soſannin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Apud Papir. Maſſon. temerè commiſcere; ſiquidem hæc ipſa verba Ioannes Romanus Pontifex ad Caroli Calvi inaugurationem, non abſurda nec incommoda tranſlatione deflexit. *Vnximus*, inquit, *eum oleo exteriùs, ut interioris quoque Spiritus Sancti unctionis monſtraremus virtutem, qua unxit eum Dominus Deus ſuus præ conſortibus ſuis: ita ut quod ipſe Chriſtus poßidet per Naturam, iſte conſequeretur per Gratiam.* Hinc Armacane potes diſcere, Regiam Inunctionem non vacuum aliquod & mendax ſimulachrum eſſe, ſed delibutæ & inunctæ mentis certum veſtigium, atque etiam ad ſimilitudinem illius expreſſum, qui Chriſtorum omnium Princeps eſt, & quem Deus plenitudine ſui Spiritus perunxit; ac proinde dùm corpori externum adhibetur Chriſma, in-

ternum Chariſma præſignificatur. Neque enim priùs oleo Saul perfuſus eſt, quàm cor illius, agente Deo, inverſum & immutatum ſit, ut jam ſe novum hominem inſtinctu Sacro excelſiorem, & humana mente grandius aliquid ſpirantem, miraretur, ita teſtante Scriptura. *Cùm avertiſſet Saul humerum ſuum à Samuele, immutavit Deus cor aliud.* Hoc eſt, egregiis ac verè Regiis eum donis cumulavit, & inter cætera Martium hunc illi vigorem afflavit, quo Ammonitarum exercitum ad internecionem delevit. Sic nimirùm, ex quo primùm David in Regem unctus eſt, *Directus eſt Spiritus Domini in eo à die illa, & in reliquo*: Et ut vox Hebræa ſonat, *Profecit ſpiritus in David*, hoc eſt inſignia quædam in eo Chariſmata fulſerunt; quibus

1 *Reg.* 10.

1 *Reg.* 16.

fre-

fretus, & volucri quodam igne ardentis animi concitatus, urſorum, leonumque ora diſcerpſit, & Incircumciſum Philiſtæum indomito robore terribilem, & ſuperbè vires oſtentantem confecit. Certè ſi nullus dignationis favor ex Vnctione Regibus quæritur, fruſtra eam olim à Prophetis extra ordinem tàm anxiè tamque ſollicitè legimus uſurpatam: fruſtra ipſi Judæorum duces in ſumma rerum inclinatione, ancipitiq; periculo, unguento ſancto perlinebantur, ut ſic impellente vi quadam majore, generoſæ mentis vividior virtus incaleſceret, & acriùs illi in adverſum raperentur hoſtem. Nec diſſentaneum eſt quod incorruptis literarum monumentis proditum eſt de Viragine illa Aurelianenſi, quæ priùs non de-

Papir. Maſſ. in car. 1.

ſtitit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſtitit, quàm Carolum ejus nominis ſeptimum, ad Sacram inaugurationem Rhemos perduxiſſet. Hinc enim fore dicebat, ut tanquam ſtrenuus & obluctans Athleta, jamq; Ceromate perfuſus, inimicis ſuis metum ac terrorem incuteret; atque ex eventu rerum fides factis facta vaticinium explevit. Cæterùm quemadmodum ſacræ Levitarum turbæ Regale nomen atque genus, aut ut ait Ambroſius, *Regiam honorificentiam*, ex ipſo Chriſmatis ſignaculo ſortiuntur; ita Reges Chriſtianiſſimi vi ac poteſtate ſuæ Inunctionis præcelſius aliquid, divinæque menti propius præ ſe ferentes, in ſacros homines evadunt; & quandam Sacerdotalem dignitatem cum Regia Majeſtate conjungunt. Nam & ad otioſas & vacantes Eccleſiæ Præ-

In Epiſt. ad Corinth.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Præfecturas eximio nominandi jure nituntur, & Sacerdotia elargiuntur; & interdum poſitis Regiis inſignibus Auguſtos Faſces Religioni ſubmittunt; atque lineum ſupparum induti, divini cultus obeunt miniſterium, ipſaque Regia vox unà cum voce filiorum Chore & Idithun, hoc eſt cum cantoribus permiſcetur: Siquidem in Andium æde ſumma, Cœnomanorum & Martini Turonenſis Canonicorum numero accenſentur, & adſcribuntur: idque profectò pellucens quædam commiſſura eſt, alteq; adhuc impreſſum divulſi à Regno Sacerdotii veſtigium; cùm nimirum olim Litui Sceptris, Tiaræ, Diadematis, Hieraticæ Stolæ Trabeis commiſcerentur, eſſetque

Rex Anius, Rex idem hominum,
Phœbique ſacerdos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Falſus ergo opinione tua videris, qui rem totam Inunctionis ad nudos & umbraticos ritus ablegas, nec ullum jus inde præcipui honoris, aut prærogativæ, Regibus comparari arbitraris; cùm tamen Vnctio, quæ in Fidei candidatis ad Sacramentum participandum præparatio; in luſtrico fonte purificatis acceptæ Gratiæ commendatio: in ſacratis viris Domini ſignaculum eſt; In Regibus Imperii, ſupremæque poteſtatis, & majorum Faſcium erogatio ſit atq; transfuſio. Quo jure fretus Ludovicus, ejus nominis ſecundus, Rex Galliarum, *Baron.* Imperatorii nominis inſigne adverſus Baſilium Macedonem, benevolente juſtitiæ numine, ſibi aſſeruit. Demiror autem, Armacane, quid tum tibi in mentem venerit, cùm ſcriberes Reges Hi-

Hiſpaniæ jure quodam præcipui in ſummo capitis vertice inungi ſolitos. Nam & hic mos olim apud Iudæos invaluerat, qui licet Regum ſuorum capita in modum Coronæ oleo perlinebant, ut à Pontificibus diſtinguerentur; in quorum frontibus litera X delineabatur. Ita nempe Aaron ille qui Chriſti Dei reddidit imaginem, hoc etiam ſigno Crucem ejus, & perenne Regnum, atque etiam ſanctiſſimum Nomen præfiguravit. Sed pudet me tui, qui cùm animo plus quã gladiatorio, Hiſtoriæ noſtræ fibras omnes ſoleas explorare, non legeris aliquando Sacrorum Regiorũ Præfectum inter ipſam Inaugurationem, non tantùm initiandi Regis humerũ, manus, & utriuſque brachii juncturas, ſed etiam caput oblinere; ubi vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

idelicet Rationis Principatus
ſt, mentis domicilium, & animi
ioderamen: agnoſce verba Am-
roſii, *Accipis unguentum ſuper ca-* *De Sacram. 3. cap. 1.*
ıt: quare ſuper caput? quia ſenſus
pientis in capite eſt. Atque ita
Gallis noſtris ſanctior ille ſem-
er Vnctionis modus viſus eſt,
ıui Clodovei, Religionis apud
os auctoris, Remigio operante,
ſtitit veſtigiis. Sed oculi tui in-
idiæ faſcino deluſi nihil vident,
iſi quod in calumniam rapere
aleas, cujus etiam ex rebus ſan-
tis occaſionem captas, cùm cæ-
ſtis illius Olei quo Chriſtianiſſ.
eges Imp. ſui ſacris initiantur
nminuere dignitatẽ in animum
duxiſti. Nùm igitur & illud
uoq; Vnguentum ſacrum, quod
ıbente Deo, Moſes arte pigmẽ-
ıria confecerat, ſic tibi obſer-
atur, ut indifferens habeas cum
oleo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

oleo promiſcuo collatum ? At
verò fidem derogas ipſi Deo ita
edicenti, *Oleum hoc mihi ſanctum*
erit in generationes veſtras : juxta
compoſitionem ejus non facietis aliud,
quia ſanctificatum & ſanctum erit
vobis. Ideoque tantam illi vim
inſitam fuiſſe tradunt Hebræo-
rum magiſtri, ut ſi qui fortè Re-
ges eo non eſſent perliti, manere
illos infortuniũ exiſtimaverint:
Si tantæ ergò Sanctitatis fuit fa-
ctitium id Moſis unguentum, ex
odoratis Arabum meſſibus col-
lectum ; quid de illo Francorum
Regum Balſamo ſtatues, quod
non Arabia immiſit, ſed quo Cæ-
lum terris impluit, nec frutex ali-
quis ſtillantibus lachrimis ſuda-
vit, ſed ipſa ſydera quaſi roſcida
effuderunt. Hæc qui ſugillat
Armacane, Impietatis reus eſt :
noli verbi aſperitate commove-
ri ;

e, nam & apiculæ ſtrictis acu- *Plin. 12.c.25.*
ls ſua tuentur mella ; & pro
lſami frutice , ſumma olim
ntentione inter Romanos &
dæos dimicatum accepimus.

III.

De Simpulo , ſeu Ampulla Rhemenſi.

MIrari nemo debet, ſi Ec-cleſiæ Sponſus, & æter-nitatis ſponſor, qui ad rocurandam hominum ſalutẽ erris illapſus eſt , glorioſiſſima andem legatione perfunctus , œloque receptus , quod amici acere ſolent à ſuorum comple-ibus ægrè divulſi,apparatiſſima uædam munera elegerit,quæ in erpetuum benevolentiæ pignus

&

&amori ſolatium de ipſo cœ
vertice ſui mittat cultoribus:
primùm quidem quadragin
Martyribus pactilem è florib
coronam: Agneti cœleſtibus v
ſtes coloribus illuminat. Diac
no cuidã, flammeum: Dorothe
Martyri Roſas: Cæciliæ Lili
nec non Ladiſlao Principi R
gium inſigne, in honorem poſt
rorum ceſſurum: quæ omn
munera in cœleſti textrinâ co
cinnata, ab Angelis, mandant
Deo, credimus aſportata. Tu ta
men, Armacane, qui tuum d
Sybillæ foliis judicium exponi
tuæque cenſuræ ſymbolum au
dacter ubique promis, cœleſti
Olei Miraculum, totiuſque na
rationis fidem tot jam conſtant
ſæculorum perſuaſione recept
audes elevare: Ecquæ enim tan
ſurda poſteritas eſt, quæ non au

D. Baſil. Orat. de 40. Mart. D. Ambroſ. D. Auguſt. In actis Doroth. apud Sur.

dieri

ierit quantâ numinis inclina-
one, quamque immenſo Supe-
rum favore Clodoveum Re-
igius Sacra fonte luſtraverit,
egiiſq; Sacris ex Chriſtiano ri-
initiaverit: Cùm autem ille
nctioni accingeretur, & Diaco-
ıs tardius ex Sacrario Chriſma
epromeret, ecce derepentè ad-
olans Columba, non minori
rbæ adſtupentis lætitia quàm
dmiratione, odoratum Balſamũ
rtulit; quod ſubinde cœleſte
unus in unctionem poſtero-
ım Regum, Clodoveus diligen-
r Remis cuſtodiri juſſit. Hanc
tamen rei geſtæ ſeriem, omni
et elevatione majorem, tan-
uam ex vanis & incertis rumuſ-
lis collectam, ingenito Fran-
ci nominis odio, vellicas; fa-
diuſque Palladium Trojanum
mittis, & *lapſa Ancilia Cœlo*,
quàm

Hincmar. in vit. B. Rem. Aimoin. 1. cap. 16. Frodoard. 1. c. 13. Bric. 1. Philipp. Vang. in Chro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

quàm demiſſum ex ſupernis ſ
dibus Rhemenſe Simpulum. A
fortè propius vero tibi non v
detur, quod hæc Sacri Balſa
exiguitas tot Regum Vnctior
bus, aut etiam tantam potue
perferre vetuſtatem; maxi
cùm pretioſiſſima quæque od
ramenta celerrimè in ſenio
tum ſentiant, illicò expirent,
ſuis moriantur horis. Miru
id quidem; ſed mirare qu
que quomodo Iudæorum v
guentum novem ferè ſæcula
Moſe ſcilicet ad Ioſiam uſqu
incorruptum & fragrans potu
rit edurare: mirare quomo
ad tot Vnctiones tam largè ſe
per ſuppetierit. Non enim h
mines tantum, ſed etiam A
ca fœderis, Menſa, Cande
brum, utrumque Altare, Labru
ampliſſimum, ipſum deniq

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

abernaculum, Templique va-
omnia hoc ipſo illita Vnguen-
, Scriptura teſtatur. An verò
agilem & offenſionibus obno-
iam adorati Simpuli materiam
ſpectam habes? atqui fides ve-
ſta eſt, Ampullam chriſmatis à *Optat. Milevit.*
onatiſtis olim ex alto dejectã,
ivino devectam niſu, abſque
lla vel minima læſione inter ſa-
a conſediſſe. Verùm audacem
fidentem animi te facit Gre-
orius Turonenſis, qui etſi per-
ripſerit quibus Clodoveus ri-
bus initiali Sacramento in ver-
a Chriſti adactus fuerit, de Sim-
ulo tamen cœlitùs demiſſo mi-
um egit ſilentium. O Theologi
ominis Chriſippæum acumen!
Quaſi verò ex negantibus dedu-
ta procedant argumenta. Si ta-
en ſedet animo, ut Gregorii
entem propiùs introſpicias, fa-
cilè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

cilè deprehendes novum quoc-
dam effulſiſſe Miraculum dùı
purifico rore Clodoveus perfur
deretur; quo in ipſo articulo cœ
leſtis aura ſuaviſſimo quodaı
odoris halitu ſpirans, ſeſe per Sa
cram ædem diffudit, & aliqua
prægustati divini gaudii libatic
nes ſpectantium animis intuli
Ne quid verò cõmenti videar ir
texere, ôperæpretium erit ipſiu
Lib. 2. c. 31. Gregorii verba ſubjicere. *Totum*
inquit, *Templum Baptiſterii divir*
reſpergitur ab odore, & talem ibi gra
tiam adſtantibus Deus intulit, ut æſti
marent ſe Paradiſi odoribus conlocar
Modeſto certè viro, minimequ
pervicaci, vel hæc ſola poſſen
ſufficere. Age verò; Gregoriu
Turonenſis rei tàm novæ, tamq
ſtupendæ, diſertis verbis no
meminit. eſto, quid tùm? erg
vacillat Fides; qua Dialectica
nùn

nùm etiam in ſcripta ſua retulit, cœleſtem illam lucem, qua Clodoveus cum Remigium in Templo alloqueretur, divinitus afflatus & circumfuſus eſt? Plane cum non pauca ex antiquis libris, vel vitio temporum, vel hominum injuria interciderint, fieri poteſt ut Gregorii codex non ſolidus, ſed edecumatus, & quibuſdam in partibus mutilus laceruſque ad nos velut ex naufragio enataverit. Suſpicionem movet lis illa vetus ſurſum deorſum agitata, totieſque in ſcenam reducta, qua Turonenſis Eccleſia, aliæque in eandem cauſam deſcendentes, jus inaugurandorum Regum adverſus Rhemenſem ſibi vindicabant; ſed quia urgebat grave nec elevatum Gregorii teſtimonium, hinc audaculus aliquis in ſpongiam forte incubuit; ut ea quæ

Hincmar. in vit. S. Remig.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſcriptor ille monumentis hac de re conſignaverat, magna ex parte deleret, & obliteraret. Conjecturam fulcit, quod nonnulli ex plenioribus, ut par eſt credere, Gregorii codicibus totius rei geſtæ ſeriem deducunt. An hæc vero proxima ſint, aliorum judicium facimus; à te autem, Armacane, unum expoſcimus, ut ab Cœlo delapſis Imperii Gallici pignoribus abſtineas; nos Ildefonſo Hiſpaniarum Præſuli veſtes ab Angelis allatas, navatæ operæ præmium, ſumma cum veneratione obaudimus.

Centuriat. Magdeburg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

IV.

An Vnctio Regum Francorum à Pipino inceperit.

MElius tibi, Armacane, conſuluiſſes, ſi abortivo tuo & male concepto partui vitales auras & Lucinæ beneficium intercluſiſſes. Poſtquam enim, malevolente Gallorum Genio, in eorum Annalibus verſandis, & evolvendis multum diuque laboraſti, nihil aliud effeciſti, quam ut te in illis vere hoſpitem & peregrinum proderes. A Remigio Clodoveum Chriſmate quidem in ſacro Lavacro delibutum fateris: ſed ab eodem Sacris Regiis inauguratum, inque Regem inunctum audacter negas, imo pernegas! Falleris tamen, & longe à ſcopo Veritatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

aberras, ad quem te vel ipſe Remigius, Religioſiſſimæ minimeque labefactatæ fidei teſtis, perducere potuerat: hic enim eſt Regiæ Inunctionis ſplendidiſſimus auctor & Miniſter, qui in ſupremis ſuis tabulis, de quibus vivus adhuc & ſpirans loquitur, ſe Clodoveum eodem Chriſmate quo in purifica luſtralis aquę perfuſione eum perleverat, & in Regem quoque inunxiſſe, non obſcuris verbis profitetur. *Quem*, inquit, *elegi, baptizavi; à fonte Sacro ſuſcepi, donoque ſeptiformis Spiritus conſignavi, & per ejuſdem Sacri Chriſmatis Vnctionem ordinato in Regem, parcens ſtatuo, &c.* Vides ergo quam falſam tibi perſuaſionem induiſti, cum hunc Regalis Vnctionis morem à Pipino cœpiſſe, & inde ad Reges poſteros dimanaſſe contendis. Magno-

Apud Briſſon. de formul. lib. 7.

rum

rum fides ex magnis venit: ecce alius primæ notæ teſtis cui gravitatem detrahere non poſſis; Is *Ep. 40.* autem Carnotenſium præſul eſt, qui Clodovei nepotes in Regium decus inunctos, Charibertum videlicet & Guntrannum non obſcure ſignificat. Itaque procul erras, dum antequam Reges Galliarum perungerentur, Hiſpaniæ Principibus familiarem extitiſſe Vnctionem comminiſceris; quid enim hæc ſunt aliud niſi ſomnia vanitatis? nam quod de Wamba & Pelagio Regibus adducis, hoc ipſum te ſuperiorum temporum parum diligentem Indagatorem oſtendit; Wamba ſiquidem ducentis fere annis Clodoveo, Pelagius autem Rex Caſtellæ, ipſo Wamba quinquaginta annis fuit poſterior. En quantum temporis ſpatium breviſſimo mentis

excurſu impleas, adeo vana pro certis, pro ſolidis inania amplexaris. Sed ego etiam fortaſſe culpandus, qui tam apertam in fingendo audaciam, tam multis verbis inſecter.

V.

De Strumarum Curatione.

ETſi, Armacane, nulla unquam adverſus ingratos actio jure prodita ſit; hic tamen Hiſpani tui velut ingratiſſimi mortalium, & beneficiorum à Chriſtianiſſimis Regibus acceptorum decoctores, à me poſtulabuntur; qui ſcilicet Pæonia quadam tantorum Principum manu, à Strumarum fœditate tam ſæpe liberati, illa ipſa munera in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ra in injuriam vertunt, ſugillatio-
nem reponunt, & ex beneficio,
ore tuo convicium faciunt; ho-
mines plane averſis nati gratiis,
quos nec ſanitatis cura mitigare,
nec aſſiduitas meriti pertinacis
evincere, nec effuſa & ſuper-
fluens humanitas ex duro & im-
memori pectore gratiam potue-
runt extundere. Soli certe mor-
talium Reges Chriſtianiſſimi im-
mortali hac medicandi, Strumiſ-
que opitulandi dote præfulgent,
atque eniteſcunt. Quod enim
Eduardum, qui Anglorum Im-
perio præfuit, hoc etiam cæle-
ſtis muneris favore inclaruiſſe fe-
runt; & ipſe alti ſanguinis decus,
& propagines per Francorum
Reges decurrentes præferebat;
at id tamen divinæ dignatio-
nis beneficium ad poſteros ſuos
nunquam permanavit. Sed ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

que verum eſt quod ais, Regum Francorum neminem ante Philippum eo nomine primum, & Ludovicum ejus filium hac expellendarum Strumarum mirabili poteſtate floruiſſe, cum Lanicetum armigerum tam fœdo tamque tenaci morbo laborantem, ſanitati Clodoveus reſtituerit; verum huic tu narrationi facile fidem derogabis, qui Tacito mavis accredere, referenti quendam ex plebe Alexandrina oculorum tabe notum, à Veſpaſiano remedium cæcitatis accepiſſe, eique ſubito diem reluxiſſe: ſive id ad oſtentationem ſcenæ miraculis gaudentis ſcriptum eſt, ſive magicis artibus & horrido Apollonii Thyanæi murmure, imperioſiſque verbis tentatum eſt; ſive etiam permiſerit Deus mira quædam fieri Religionis lævæ culto-

Forcatul. de Imp. & Philoſ. Gall. Hiſtor. lib. 4.

cultoribus, ne non genus huma-
num ei curæ eſſe ſuſpicarentur,
neve ſeductum & averſum à
mundo aliud agere, delicata &
umbratica Epicureorum turba
comminiſceretur. Quicquid eſt,
non caute legiſti Tacitum; ipſe
enim teſtatur huic Alexandrino
Græco non exeſam fuiſſe vim lumi-
nis, quæ reditura erat, ſi obſtan-
tia pellerentur, aut ſalubris quæ-
dam curatio adhiberetur. Multo
certior & divinior eſt ea mede-
la, quam Chriſtianiſſimi Reges
ſtrumoſis faciunt: neque hac vi
tantum opifera donati ſunt, ſed
etiam vel ſolo Regis Guntranni *Gregor. Turo.*
tactu, & quartanæ ardores diſ-
cuſſi ſunt, & audito ejus nomine
Larvarum ac Dæmonum infeſta
cohors fugata & exacta eſt: ipſum
etiam peſtilentiæ malum, quam-
vis avidum & publice noxium, à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Petr. Bleſ. Ep. 150. Chriſtianiſſimis Regibus repreſſum, certiſſimis literarum monumentis proditum eſt. Vnde autem hæc niſi ex Vnctione ſua, vel ipſa ſtupente natura, conſecuti ſunt? Si ignoras, hoc ipſum te docebit Theologiæ tuæ oraculum, imo miraculum. *Vnctionis ſanctitatis argumentum*, inquit, *ſumimus ex geſtis beati Remigii ſuper Clodoveum Regem, & delatione olei deſuper per Columbam quo Rex præfatus fuit inunctus; & inunguntur poſteri, ſignis & portentis, ac variis curis apparentibus ex unctione prædicta.* I nunc, & depoſito malevoli animi tumore tantis Regibus qui humanum exceſſerunt modum, & quibus ſe Deus ipſe plenius affundere dignatus eſt, diſce tandem aſſurgere, magnaque nomina, vel ſaltem Tacito, & arcano mentis ſenſu in poſterum

D. Tho. de Regim. princip.

ſuſpi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

uſpicere; ſcilicet nihil illis poſt
levictos hoſtes, actoſque trium-
hos admirabilius peragendum
upererat, quam ut de morbo-
um Dæmonumque catervis cla-
iſſimas ferrent manubias, &
lum adhuc in humanis eſſent,
um ſuperis ex æquo Imperium
artirentur.

V I.

De Titulis Regum Chriſtia-nisſimorum.

QUamquam Reges qui in altiſſimo rerum faſtigio ſedent, civilibus quibuſ-unque ſolvantur Legibus, ho-ioraria tamen actione in judi-ium Famæ quotidie vocantur, tque hic cauſam dicunt omni-bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

bus ſæculis, dum interim ex virtutum ſcelerumque memoria posthuma ſuum cuique decus rependitur, aut labes irrogatur: neque enim ullis Principum juſſis & interdictis humani generis, vox & conſcientia premi & aboleri poteſt. Habet hoc Regia Fortuna, ut non illi magis quam ſoli latere contingat: omnia vitæ decora, vel dehoneſtamenta poſteris tradit, explicat, proponit; ut hinc maxime cavere Reges debeant, qualem ipſi habeant famam, qui qualemcunque meruerint, magnam utiq; habituri ſunt. Studeant ergo proſperæ ſui memoriæ, illiſque glorioſis hæreant titulis, qui nec marmorum male fidæ ſecuritati, nec commendatione ceræ, nec pigmentorum fucis renitent, ſed univerſorum pectoribus infixi, deſiderio effloreſcunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

reſcunt animorum. Ita nempe Francorum Reges, dignitatis pleniſſima nomina, non ambi- tione ſua, non aliena aſſentatio- ne, nec tanquam Fortunæ be- neficia, ſed potius velut Virtutis prœmia, laborumque fructum honeſtiſſimum conſecuti ſunt. Alii quidem ex magna gloria, quam ſibi rerum geſtarum ful- gore circumdederunt, *Magni* co- gnomen, ipſi ſuo majores cogno- mine adepti ſunt; ut Clodoveus, Clotarius II, Dagobertus, Ca- rolus Pipini filius, Franciſcus I. & Henricus IV. Alii ob trium- phos ſanctiſſime actos, & victo- rias de Chriſtianæ Religionis hoſtibus armis partas, *Fidei de- fenſores dicti, & Athletæ Chriſti*, ut Charibertus, Hugo Capetus, & Ludovicus Craſſus. Alii ob in- ſigne defendendæ, ornandæque

Eccleſiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Eccleſiæ ſtudium, *Catholici*, ut Childebertus, Ludovicus VIII. & Philippus Valeſius. Alii ob cœlo dignam Sanctimoniam, *Sancti*, ut Carolus Magnus, & Ludovicus IX. Alius, quod Leonis inſtar adverſus Impios fremeret & inſurgeret, *Leonis* cognomen proprium ſibi fecit, ut Ludovicus VIII. Alii ob bellicam virtutem, animumque arduis & audacibus innixum conſiliis, *Bellatores*, *Animoſi*, *Victores*, ut Philippus III. & Carolus VII. Alius dignus habitus eſt qui *Imperii liberator & humani generis parens* appellaretur, ut Clodoveus. Alius *Chriſtianorum caput & fundamentum*, ut Pipinus. Alius *Novus David*, *veræ Religionis director*, & *Saxonum Apoſtolus*, ut Carolus Magnus. Alius *Pius*, ut Ludovicus I. Alius ob rerum

Platin. in Greg. I. Aymoin. in vita Lud. Naug. de lib. geſt. Philip.

gesta-

eſtarum magnitudinem, & riumphorum æquatum cœlo umulum, *Auguſti* nomen ſibi eperit, ut Philippus. Alius ob emperatos præculta ſuavitate nores *Boni* titulo cohoneſtatus ſt, ut Joannes. Alius ob exactæ im Prudentiæ, qua cuncta pro- e belli & pacis conſilia toga- us & inermis fœliciſſime rexit, *apiens* appellatus eſt, ut Carolus . Alius ob incenſam in egentes Charitatem *Pater populi*, ut Lu- ovicus XII. Alius ob intextas ellorum laureis diſciplinarum almas, & munificam erga ho- ines liberalium artium excul- ores voluntatem, *Literarum Pa- ens*, ut Franciſcus I. Alii deni- ue alio decore nobilitati, o- nes Heroicis animis viſendi, mnes maximis Virtutum titu- s ſuſpiciendi, omnes gentili-

tia

tia & ingenita appellatione *Chriſtianiſſimi*, & *Eccleſiæ Filii primogeniti*; nec ulla unquam major gloriæ celebritas, nulla fama candidior, nullus omnino nec clarior, nec magis inclytus nominum & titulorum ſplendor extitit. Illuſtre ſane ac memorabile poſteris documentum, in cæteris quidem rebus minime honeſtam eſſe inexplebilem quandam cupiditatem; gloriam vero magnam & excellentem concupiſcere, hoc quidem magnorum Regum eſſe proprium. Verum quo te ſilerem piaculo, seculi noſtri deliciæ, & abſolutæ Virtutis ſpecimen, Ludovice Rex Chriſtianiſſime.

Quo Iuſtior alter,
Nec Pietate fuit, nec Bello major & Armis.

Tu Regum omnium laudem ſupergreſ-

ergreſſus, quam tot generoſæ
c fortes animæ Juſti Regis pal-
nam adipiſci non potuerant,
nus in te collectis cunctorum
iribus fortiter apprehendiſti.
u tot habes cumulatos gloriæ
itulos, quot ſunt exquiſitæ Vir-
utes, quæ Reginam comitantur
uſtitiam; ut jam qui te *Iuſtum*
ominaverit, ſub hoc uno nomi-
e omnia dignitatis & honoris
nſignia audientium animis oc-
urrant, & oboriantur; nec mi-
nùs ubique JVSTI, quàm LVDO-
VICI appellatione inclareſcas:
nos hoc in te ſtabile fœdus &
perpetuò manſurum optamus
Pietatis cum Juſtitia conjugium.
Vltra votum excurrere non da-
tur: neque enim Parrhaſius ſum
aut Phidias, qui in Diis & Heroi-
bus pingendis vel fingendis ido-
neus fieri poſſim artifex. Refle-
ctendum

ctendum ergo nobis iter eſt a
Armacanum, quem hic compe
lo, ut totam advocet Hiſpaniam
quæ tota pendet ex numeroſi
titulis, & vacuis etiam gloriatu
nominibus; & quam delectat ſu
perbiæ ſuæ longum ſpectacu
lum; ambitioſæ genti quicqui
poteſt titulorum, omnemqu
congerat honorum nomencla
turam; nihil tamen reperiet quo
ad hanc Chriſtianiſſimorum Re
gum amplitudinem, & glori
faſtigium poſſit aſſurgere. Ha
bent ex illis cæteri Principes,
non quod imitari, certè, quo
admirari debeant.

VII. D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

VII.

De Titulo Chriſtianiſſimi.

SAnxerat olim Lege Curiata Marcus Imperator, ne quis homini Chriſtiano, ſui tantum nominis cauſâ negotium faceſſeret; Tu verò, Armacane, qui ſis etiam Ethnicis audacior factus, ſic transverſus raperis, ut Rerum Galliarum Regibus Chriſtianiſſimi ſui cognominis ergò judicium dictas, vel hinc te adverſis Auſpiciis malè Chriſtianum prodas. Ideò verò tibi nomen iſtud inviſum eſt, quod *Buda.* ceteras omnes Hiſpanorum tituloſas, multiſque verſibus inſignes appellationes ſupereminent. Indulge porrò tuo ſtomacho, & quicquid potes, aude; nunquàm tamen efficies ut tàm con-

conſpicuum nomen, Francoru
Regum Sceptris inſculptum
Pontificum Decretis intextur
Synodis ratum, Imperatoru
reſcriptis infixum, humani der
que Generis ſuffragiis ſubnixur
refigere queas, aut circumſcrib
re. Id quidem olim Conſtantir
magno inditum legimus: ſe
cùm ille in extremo tantùm vi
ſpiritu ſacro Fonte ablui volui
ſet, tàm Auguſti tituli gloria e
dem quo ille tumulo inclu
vetuſtatem non pertulit. At nc
ita Clodoveus, qui florentib
rebus ſuis à Remigio intinctu
magnæ gentis primitias Chriſt
aggregavit, cujus ſcilicet Cru
cem haſta plus & gladio in cor
grediendis hoſtibus ſibi ſenſe
rat profuiſſe: nec priùs deſtiti
quàm everſis falſorum Num
num ædibus, contritiſque Dæ
monun

Ca. Ecleſia. diſt. 93. D. Chryſoſt. epiſt. 1.

ionum ſimulachris, Religionis
hriſtianæ ſigna, in clariſſima
ice terrarum defixiſſet. Quo
im ingenti promerito, Chriſtia-
iſſimi cognomen, quo nullum
ilchrius eſt, aut magnificentius,
el acclamante Rhemenſi Præ-
le, ſibi peperit & adſcivit. Quid
ad hæc Armacane? Sanctiſ-
mo viro indecoræ palpationis
bem inuris, quaſi ille ex anti-
io funerum ritu, mortuo jam
lodoveo, præclaro hoc cogno-
ine velut flabello ventulum
cerit. An minus verã putas Re-
igii vocem, quod hanc de me-
is teſtamenti ſui tabulis emiſe-
t? Atqui mors una eſt, quæ de
orientis teſtatoris animo verũ
icit, eumq; ad ferendam ſenten-
am incorruptum judicem mit-
t, ubi intercluſa ſunt omnia, nec
es aut metus judicia depravat,
&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

& ſolum ante oculos honeſtu
ſtetit. Numquid Clodoveo fat
functo vir integerrimæ ſanctit
tis blandiretur , quem vivu
& videntem Sicambri nomi
compellabat, eumque tument
colla deponere jubebat ? At i
fortè Chriſtianiſſimi cognom
tranſlatitium erat, & in ſpecie
adumbratum. Quid ? Reccar
dus ergo, ob id ſolum quod H
ſpanos ab Ariana labe ad C
tholicam fidem revocavit , C
tholici nomen promeruit; tu v
rò Clodoveum , qui Viſigoth
ejuſdem impiæ fraudis pertin
ciſſimos vindices florentiſſim
Marte confregit , & de eoru
Rege opima ſpolia retulit , c
Chriſtianiſſimi cognominis po
ſeſſione deturbabis ? Tu hoc i
decus detrahes , quo aſſerto
Majeſtas Galliæ Chriſtianam

acc

ccinentibus ſuperorum choris,
rofeſſa eſt; atque tandem cœ-
tibus aucta rivis, quaſi ma-
gus torrens in Eccleſiæ uberta-
m fœcunditatemque exunda-
? Quod ſi in perexiguis ſemi-
bus, ubi in concipientem com-
ehendentemque naturam in-
derint, tota vis ſpeſque ingen-
m ſylvarum conſiſtit; quan-
n cenſes fuiſſe Clodovei glo-
m, qui non unius Vrbis aut
ovinciæ, ſed ampliſſimæ no-
iſſimæque gentis libamenta
hriſto Deo tulit? Quid tu il-
n malè-ſuadæ Ambitionis in-
aulas? quid enormis, barbaræ,
tomannicæ, indignæque ho-
ni Chriſtiano crudelitatis
um peragis? hæ ſunt enim roſæ
as ſummorum Regum capiti-
s ſoles inſpergere. Sed habe-
us quibus tua retundamus ſu-
percilia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

percilia, & quæ duræ fronti a
que inſolentiæ opponamus. C
tè ſi in Arianos Martio quoda
vigore Clodoveus inſiluit, n
ideo Ambitione percitus, ſ
veræ Fidei latiùs ſpergendæ am
re raptus atque ſuccenſus eſt.
Chararicum Regem, qui ex a
cipiti certaminis mutatione pe
dens, dubia fide fortunam be
ſpeculabatur, Metii Suffetii p
nâ multavit, ſeveriori Juſtit
hac in parte litavit, & immar
perfidiæ ſcelus expiavit. Si
alium quendam ultrà modu
ſævierit, id tribuendum eſt pe
duellis infinitæ audaciæ, qu
tranquilliſſimo etiam pectori p
tientiam potuit extorquere: d
lenda profectò ſors Principun
ubi vi dominationis crudel
eſſe coguntur, ne miſericordia i
lis in miſeriam vertat; ſed nequ

ſemper lenitas in ipſorum mo-
dò, ſed etiam in aliorum mori-
bus ſita eſt. A cædibus abſtinuiſ-
ſet Clodoveus, nec ſe cruore
cognato perfudiſſet, ſi vel Cyri
ſubditos nactus eſſet, vel in Tra-
iani tempora incidiſſet. Non ea
mens fuit Leovigildo Hiſpania-
rum Regi, cùm Hermenigildi
filii membra diſcerpſit, & vin-
culum illud coagulumque ani-
mi & amoris, quo parentes cum
filiis Natura conſociat, ſacrile-
gè interſcidit; nec alia de cauſa
quam quod nollet ille Ariana ſe
polluere perfidia. Non ea mens *Maria. lib. 14. c. 17.*
fuit Alfonſo Regi, cùm Princi-
pem Cantabriæ ad ſe ſub ſpecie
belli in Mauros vocatum, inter
ipſa hoſpitalis menſæ Sacra, ipſo
etiam omnium Sanctorum fe-
ſto die, nequicquam ſuperos
obteſtantem contrucidavit; non

D eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

eſt hæc crudelitas, ſed feritas, quâ menſa in feræ migrat caveam, in arenam funerum Regia convertitur, mutatur furore convivium, vinum tranſit in ſanguinem, & vocati ad epulas, de convivis fiunt lanienæ ſpectatores. Non ea mens fuit Petro Caſtellæ Regi, cujus purpura non tàm cocco quàm cruore imbuta fuit, & qui nunquam remiſsâ atrocis animi ſævitiâ, tanquam noxium animal vinculis ſolutis ad cædes & ſtrages quaſi è cubili proſiliebat, nulli ſceleri manus non commodans, quo ſcilicet exercitatior à Principum trucidatione, deinde in exitia gentium poſſet irrumpere. Hic Granatenſem Regem indicta cauſa damnavit, & ipſe Lictoris munus implens, lege agere voluit, nec diriguit mens, nec ſoluta dextera

Maria. lib. 17. c. 33.

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

eſt, nec obſtupuit tàm horrendo facinore propius admoto; neque verò læſus erat, nec ultionem ſequebatur, ſed occidendi cauſa, Theſaurique potiundi, occidebat. Fecit ille quidem, Fati tardus interpres ſui, ratum Merlini vaticinium, quo prædixerat olim, avem nigram in occiduis partibus fore auri voracem, humani ſanguinis ſitibundam, evomituram tandem prius comeſta. His ſolii dehoneſtamentis, & purpuratis portẽtis quibus indigniſſimè fœdata eſt Hiſpania, Galliam noſtram caruiſſe gloriamur; ut hanc eo nomine, nec abſque gravi ratione, fœlicem Regibus ſcripſerit Italus ille Politianus; Illos hic furor nunquam pervaſit; Ab hoc alieniſſimus fuit Clodoveus, cui ob ſpectatam Virtutem, & ſingulare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

in rem Chriſtianam ſtudium, tot Theatra, tot ora, tot Populi plauſerunt. Vnus tantùm inventus eſt Armacanus, qui modeſtiæ neſcius, atque pudoris, tanti Principis famam auſus ſit cruentis laceſſere maledictis. Sed magnorum Regum eſt, cùm benè fecerint, malè interdum audire; Hiſpanis verò ſolenne, aliorum exiſtimationem lacerare, ne ſoli non habeant integram.

VIII.

Clotarius, Dagobertus, Pipinus & Philippus Pulcher, ab injuria vindicantur.

SI is qui privatorum hominum Buſta conſecrata, pergente Aüdacia, telo aliquo im-

impetierit, in crimen læſæ Religionis incidit, & in eum violati Sepulchri datur actio. Quanto magis in te, Armacane, qui in Sacrata Regum Nomina procacis linguæ amentata tela intorquere non deſinis; tanto verò cum furore, ut Clotarium Regem, luxurioſum, inceſtuoſum Monſtrum, Chriſtianæque Religionis opprobriũ appellare non dubites. Hunc quidem ego, quibuſcunque ſceleribus atque noxis ſolutum præſtare non inſtitui; quem in multa vitia præcipitem ſeſe dediſſe non inficior; adeò Regnandi licentia, peccandi maxima illecebra eſt, in eo maximè Principe, cujus indoles ab iis fuerat corrupta, qui cum Fortuna ſua potiùs quam cum ipſo loquebantur; Ita enim comparatum eſt, ut Aſſentatio Regi-

 bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

bus cognata, perpetuumque eorum malum, multo plures everterit quàm Hoſtis. Verumtamen, ſi cum his Hiſpaniæ Regibus, qui ſcelerum æquè ac rerum Principatum tenuere, Clotarium conferre placuerit, comparatione deterrima innocens videri poterit; ac proinde ſi Chriſtianiſſimi illum cognomine cēſueris indignum, nec Wamba quoque nec Vitiza, cæteraque Hiſpanici Sceptri dedecora, Catholicorum titulo debent inſigniri. Pergis autem, & provolutus effuſuſque in convicia, in Dagobertum ſtili tui mucronem diſtringis, qui tamen à te gratiam inire debuit, ob egregia merita quibus Hiſpanos & Siſenandum Regem ſibi demeruit. Hic certè, tam claris Virtutibus, tamque illuſtri apud omnes Sanctitatis opi-

opinione eluxit, & enituit, ut eum Fato concedentem, grata Poſteritas ad Superorum vicem divinis honoribus proſecuta ſit, & ſapientiſſimo Regum Salomoni aſſimilaverit: Et iſte quidem admirandæ planè æquitatis Oracula ſparſit: ille nobiliſſimis inclaruit judiciis: Iſte Templum toto orbe celeberrimum, cultu magnifico extruxit, & emolitus eſt; ille Sandionyſianam ædem, in qua tot Regum mortales exuviæ conquieſcunt, piæ largitionis ſumptu Deo conſecravit; indomitos Chriſtianorum hoſtes Iudæos finibus ſuis publico programmate excedere juſſit, Sclavorum ſuperſtitiones nefarias, & execrabiles ritus diſcuſſit: feros Bulgarorum animos molliori vitæ conſuetudine permulſit; & ad Chriſtianæ Religionis decus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

pellexit. verùm cùm difficile ſi
ac miraculo proximum, in ſum
ma poteſtate tenere ſemper mo
dum ; quibuſdam Dagobertum
vitiis ſubſerviſſe non negamus
ſed qui vel minimis iraſcitur pec
catis , toti mortalitati hominum
convitium facit. Eſt certè , e
natura humana inoffenſi teno
ris neſcia ; nec ulli tam artifico
adhibuit manus , quem labes a
liquando ex iſta fatali ſorte de
rivata non intinxerit, aut infuſca
verit. Sunt & in ſole ipſo ma
culæ : & Adamantem capilla
menta , Carbunculos intercur
ſantes venulæ, pellucidas Chri
ſtallos intermixtæ nubeculæ,
Porphyritem centra ; ipſam de
nique pulcherrimam faciem næ
vi quidam devenuſtant. Itaque
ſi Dagoberti famam intempe
rantes aliquæ, vagæque volupta
te

tes premunt, ea tum fuit ex multo otio luxuriantis, & Gentilitatem adhuc ſpirantis ſæculi conditio. Nunquid verò ut Vitiza Rex Hiſpaniæ magno numero pellices uxorum juſtarum loco, cultuque habuit; ac ut deſultoriæ huic Veneri omnibus, etiam viris ſacratis liceret indulgere, lege lata ſanxit, & edixit? Nunquid Honeſti frænos abrumpens poſuit Altaria *Pudori*, *Hierem.* 11.
ut Mauregatus, qui portentoſi Lenocinii obſequium præbẽs, centum puellas nobiles & ingenuas, proh ſcelus! ſpurciſſimorum A- *Maria.*
rabum & Maurorum ſtupris tri- *lib.* 7.
buti nomine quotannis permit- *cap.* 7.
tebat? ut hoc tam execrabili facinore impuriſſimi Barbari Chriſtianam pudicitiam haberẽt vectigalem. Nunquid ut Veremundus procacibus fœminarum

deſideriis deſerviens, ac ſceleri-
bus ſcelera contexens, plures ſi-
mul uxores duxit? Equidem, ſ
regnandi licentia, quæ modera-
tos etiam Principes de ſtatu mẽ-
tis interdum immutat, in quæ-
dam intemperantis animi viti-
Dagobertum impulerit, hæ in-
ternatæ labes multo Virtutum
ſplendore atque cumulo obrutæ
ſunt,& obſcuratæ. Iam verò Pi-
pinum ad partes vocas,& in eum
licentiore calumnia inveheris
quaſi ille non Religioni,ſed pri-
vatæ rei ſtudio, ac novæ ſuæ fir-
mandæ auctoritati velificatus ſit.
Ac primùm quidem,ſi benè An-
nalium memoriam retexuiſſes:
non à ſummis Pontificibus, ſed
à Regni Gallici Proceribus,mira
Populorum conſenſione, Re-
gium decus Pipinum accepiſſe
& à Maguntino Archiepiſcopo,
an-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

antequam Romanum conſule-
retur Oraculum, inauguratum
fuiſſe non ignorares. Cùm enim
exoleſcente magni Clodovei ſo-
bole, in Childerico Merovingio-
rum gloria conſenuiſſet, & gene-
roſus ille ſanguis in poſteris ex-
habuiſſet; nondum à metu ocio-
ſi Franci, propter recens Sarace-
norum periculum, quærendum
ſibi putaverunt Virum manu for-
tem, & ſtrenuum bello, qui vi-
ctoriarum gradibus ad id cul-
men aſcenderet; quique hoſti-
bus pro Ignavia Virtutem, pro
Imbelli Ocio Vigilantiam, curas,
laboreſque objiceret; exercitum
denique, non conſilio magis
quàm exemplo movere ſciret. Is
autem Pipinus erat, qui ſecun-
dum ſtemma, Francis haudqua-
quam pœnitendum, Superis ho-
minibuſque faventibus in Gal-
licum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

licum ſolium intulit. Sed anim
ille reputabat, novam Author
tatem, quæ fluxa ſemper eſt inte
principia, non benè poſſe coale
cere, niſi Romani Pontificis De
creto fulciretur. Hoc tu cùm il
Oſea. vitio vertis, *Factus es tibi ipſi in ar*
cum doloſum, qui ſcilicet percut
dirigentem. Quid enim hac i
re Pipinus molitus eſt, quod S
ſenna Rex Hiſpaniæ non tenta
verit? Septuaginta ille Præſule
ſacræ diſciplinæ cauſa convoca
vit; major tamen cura ſubera
Regni ſui ſtabiliendi, ac ut Suin
thilæ in poſterum regnandi ſpe
præcideretur; cui morem geren
Synodus, non Suinthilam tan
tùm, ſed & uxorem & filios Di
Maria. lib. 6. cap. 5. ris devovit. Ad exemplum Si
ſennæ Chintila Rex, qui Imperi
gubernacula ſuſceperat, metu
inteſtinæ diſcordiæ, novum Epi
ſcopo-

ſcoporum cõventum haberi curavit, quo Patribus Inaugurationem ſuam approbaret. Similiter Ervigius, dum firmandi Regni quod malis artibus quæſiverat, ingenium in omnes partes verſat, optimum ei viſum eſt Religionis ſpeciem obtendere, quod ab aliis ſæpe Regibus Religioſo dolo tentatum, non incommodè ceſſerat. Itaque Toletum Præſules acciti convenerunt, ac in primis Ervigio Regnum, in quod invaſerat, addixerunt, & Gothorum Proceres Sacramẽti Religione, quo Vambæ obſtricti erant, exolverunt. Quidni ergo licuerit Pipino, dũ Franciæ proſpicit, ſibi quoque Poſteriſque ſuis conſulere? Imò verò rebus Gallicis vel maximè conſuluit, cum eis Carolum filium, Orbis terrarum Cœlique capa-

Mar. lib. 6. cap. 17.

capacem commodavit, alioſqu
ab eo Principes, à quibus & re
rum gloria, & Imperii dignitas
& ſanctius Religio exculta fuit
atque propagata. Inſpice tu mo
dò Cenſor, & qui Pipini argen
tum ſcoriis miſtum eſſe ſatyric
dicebas, invenies ſubæratum, &
lacunoſum, ac detrimentum ſen
tiens aurum Hiſpanicum. Vnu
ſupereſt Philippus ille, corpor
Pulcher, & animo ſublimis, qu
ut facilius proſcindas, effundi
te in convitia, hoc eſt in tuum
campum. Hunc tanta rabie in
Romanum Pontificem Bonifa-
cium arſiſſe ſcribis, ut ejus Lega-
tum in carcerem cõpegiſſe, & in
ſacros etiã illius Manes ac cinere
ſæviiſſe velis. Atqui nemo adeò
veteris memoriæ ignarus eſt, qui
neſciat, quid tunc temporis quaſi
de arce Tarpeia tonans ac fulgu-
rans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ns Roma, in Galliam medita-
ſit; cùm forte Bonifacius per-
rſa quadam ambitione præ-
ps, mallet Auguſtus haberi,
àm Præſul, nec reputaret Ro-
anam Eccleſiam Matrem eſſe,
on Dominam. Dederat ille ad
hilippum literas, minarum ac
lminis plenas, eumque paulò
oſt nominatim execratus erat;
ec adhuc iræ potens, civilem in
egem ipſamque Galliam juriſ-
ictionem, & profanum Impe-
um ſibi adrogabat, concitabat-
ue in eum Albertum Cæſarem,
Germanos, & Belgas, ad id re-
um diſcrimen magnoperè tu-
ultuantibus Franciæ Populis:
roh ſupreme Servator! tan-
umne de ſummo Sanctuarii ver-
ice licuit impotenti vindictæ?
anta ne animis cœleſtibus iræ? Vt
d devovenda Regum capita,
Sty-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Stygiiſque intemperiis ſacran
deſcendant ? Hac igitur re pe
motus Philippus , ex Epiſc
porum , Procerumque Gall
conſilio, Apamenſem Præſuler
ſolitum fando de Rege ma
ſentire, in carcerem non imp
git, ſed in cuſtodiam Archiep
ſcopo Narbonenſi tradidit; e
que mox mandante, Nogaret
in Italiam ſe contulit, ut qua
Rex appellationem in Synod
Pariſienſi nuncupaverat, Bon
facio enunciaret. Si quid auter
ultrà mandati fines vi factu
fuerit, id verò non Philippo tr
buendum eſt, ſed Saræ Colum
næ, qui internecino incenſus c
dio, peracris injuriæ contume
liam vel nefario auſu, ſacrilegaq
manu vindicavit ; cùm interin
Philippus nihil in Bonifaciun
durius ſtatuiſſet, aut cogitaſſet
quàn

Paul. Emil. in Phil.

uàm ut Concilium auctoritatis
ræſtandæ nomine appellaret;
dque deinceps conſtitit ſummo
ontifici Nicolao, qui Eccleſia-
ticæ Pacis poſt-liminium Phi-
ippo elargitus eſt, & Galliam
nterdicto ſolvit. Quod autem
n commiſſi pœnam, Regiam
anti Principis ſtirpem, velut ſy-
deratam, ac de cœlo tactam ra-
dicitùs exaruiſſe deblateras; næ
u puſille, tu mortalis, in ſecre-
um Dei deſcendis, & in ejus
Arcana ſacrilegos immittis ocu-
los. Noli, Profane, in divinum
irrumpere Conclave: humile
oſtium eſt: cave ne capite impin-
gas, ac reſilias; *Qui ſcrutator eſt* *Pro-verb.*
Majeſtatis, opprimetur à gloria.

IX. *De*

IX.

De Titulo Catholici.

CAtholici quidem nome
Vas ſacrum, Arca fœder
& quaſi Teſſera quæda
eſt, qua Ortodoxi ab hæretic
Pacian. Baccin. ad Sym- phoria. diſcriminantur: ea enim fuit A
tiquis Chriſtianis Religio, ut
nomen quidem commune cu
hujuſmodi hominibus habe
vellent: inſonat adhuc auribu
noſtris vetus illa vox Orthodo
D. Au- guſt. S. Ambroſ. D. Hier. Ep. 26. lib. 1. D. Aug. xorum, *Non habemus partē cum h*
qui faciunt partem. Cum Ambroſ
non ſociatur Auxentius. Si quis Ca
thedræ Petri jungitur, ille meus eſ
Scilicet Hæretici ſunt in parte
Eccleſia totum tenet, atque ind
Catholica & eſt, & dici meruit
non vero à Sacramentorum ple
nitudine, aut obſervatione, u
Dona

natiſtæ olim contendebant;
hinc, Armacane, nunquam
holici nominis præ Chriſtia-
imo præcellentiam aſtruere
is videberis. Illud quidem
nibus convenit, qui à vera Fi-
non deſciverunt; ſed inter
holicos, imo & inter Chri-
nos Chriſtianiſſimum eſſe,
vero eſt quod ſolis Galliæ
gibus, in rerũ geſtarum prœ-
um, datum atque conceſſum
nec ulli alii mortalium, iſtius
eximii cognominis hono-
jure ſibi vindicare poſſunt.
ne de nomine Catholici glo-
tis, quo uno video tibi place-
ſpecioſe ingredi, ac veluti au-
tius Chriſtianiſſimorum Re-
m famam elevare, detrahenda
i eſt hæc inanis, & frivola ja- *Epiſt. ad Childeb. eſt epiſt. 5. cap. 106.*
tio, ex illis Gregorii Magni
bis, quibus Childebertum ſic
allo-

alloquebatur; *Eſſe Regem, quia*
& alii, non mirum eſt: ſed eſſe Ca
licum, quod alii non merentur, h
tis eſt. Sicut enim Lampadis ſpl
in noctis obſcuritate, luminis ſui ar
tate fulgeſcit, ita Fidei veſtræ cla
inter aliarum gentium obſcuram
fidiam rutilat ac coruſcat: quicq
autem cæteri Reges habere gloria
habetis: ſed ipſi in hac re vehe
tius ſuperantur. Vt hinc agnoſ
poſſis, etiam ante Pelagium
Alfonſum I. Francorum Re
ob præclaram Religionis cur
Catholici Titulo donatos;
inſuper & Philippus Valeſi
& Ludovicus VIII. ante Fer
nandum cohoneſtati ſunt. Q
vero Romano Pontifici Vr
no facies, qui Galliarum Prin
pem, non Catholicum modo,
Catholiciſſimum appellat? in
ſitata quippe in Rempublica

Paper. Maſſon. de vit. Pontif.

Ch

..iſtianam promerita, inuſita-
..ocabulo, & honeſtamento
..lenda videbantur. Quod
..m ais Catholici cognomen
..Alfonſum I. cæteris deinceps
..aniæ Regibus vulgo tribu-
.., vide quomodo cum Rerum
..anicarum ſcriptoribus con- *Maria. l. 7. c. 4.*
..as, qui intermiſſum hoc mul-
..tatibus nomen, ut conſe-
..tibus tandem Regibus hæ-
..arium eſſet, à Iulio II. in Fer-
..ndo Aragonio inſtauratum
.. teſtantur. Plane ſi Reges
..aniæ Catholici ſunt, hoc ha-
.. à Chriſtianiſſimorum Re-
.. immenſo beneficio, qui
..anorum ingeniis veræ Re-
..nis cultum perſuaſere; eoſ-
.. Chriſtiani ritus Miniſteria,
..que artes admirabiles, qui-
..perpetuo beati forent, beni-
..nime edocuerunt: hoc autem
bene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

beneficium cum inter conſe
ta ſit, bene ſemper colloca
eſt, etiam ſi male reſpondit.

X.

Geſta Regum Hiſpaniæ, promerendum Titulum Catholici.

CVM tam ſoluta proje
que audacia Chriſtian
mos reges laceſſeres, e
tuſque eras in obliterandis
lici ſplendoris ornamentis,
miniſſe debueras, Armacane
ſibi leges Innocentiæ, Virtut
que omnium indicere, qu
aliis rationem vitæ repoſcun
ut ſapientiſſimus Regum te
Pro-verb. nebat, *Iuſtus accuſator initio eſt*
poſtea in alium inquirit. Sen
e

cim odioſum fuit genus illud
minum, qui dum ſuorum fa-
re conſulere volunt, aliorum
turpare ſolent. Non invide-
us vobis, ô Hiſpani; nec veſtris
cquam laudibus detrahimus,
plerique virtute tantum va-
tis, ut omnes qui aliis poſtea
ruerunt ſæculis, merueritis
pere laudatores. Sed cum, ut
era & ingenita odia ſatietis,
Chriſtianiſſimos Reges non
mina, ſed maledicta congeri-
habemus & nos quo ea in os
d veſtrum importunum re-
amus, & arrogantiam nihil
n ſibi tribuere auſam depri-
re poſſimus: cumque juſti ple-
ue teſtimonii ſoleant eſſe te-
qui à reis ſurgunt, & glorio-
illud ſit victoriæ genus, ab
cum quibus decertes arma
ere, vel ipſos etiam Hiſpanos
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

in hoc pallentis Famæ judici
excitabimus, percontabimur, a
que coram componemus, nul
tamen inſectandi ſtudio duc
neque enim ii ſunt Reges Galli
rum, quibus gloria ex alioru
vituperatione quærenda ſit; qu
quam quid vetat eadem libert
te in aliquos Hiſpanos Reg
ſcribere, qua ipſi vixerunt, a
quam tu in Gallos tibi permi
ſti? An ergo putas Catholici n
Maria. l.6.c.2. mine dignum Viſtericum R
gem, qui revocandæ Arianæ p
fidiæ conſilia non ſemel agi
vit; qui Livuam Regem de m
dio ſuſtulit, multorum ſangui
manus immerſit, & parricid
ſibi Regnum comparavit?
Vitizam, monſtro quam hom
Roder. ſimiliorem, magnam cenſes
Tolet. Eccleſia gratiam iniiſſe, quod
l.1.c.15. & 16. ris ſacratis plures uxores, imo
pe

pellices juxta voluptatis libitum indulſerit, Canonicis etiam conſtitutionibus, quæ tam obſcœnum facinus prohiberent, abrogatis? Eſt aliqua, vel proſtitutis modeſtia, & omne magnum ſcelus, aut timore, aut pudore Natura perfudit; hoc autem impuriſſimum portentum, dum publicæ luci obſcœnitatem ſuam oſtentat, & exemplo docet, nihil ſibi reliquit quod in tenebris faceret: atq; his ille gradibus provectus, ſpiritali ſtupro proh nefas! ipſas Aras commaculavit, cum Oppam fratrem ex Hiſpalenſis Eccleſiæ Præfectura, vetantibus legibus, Toletum migrare juſſit, ut ſic Novatianam hæreſim induceret, quæ unius ſedis duos conſeſſores Epiſcopos admittebat: An potius Catholici nomen promeruit, quod Iudæos, gen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

tem flagitioſam & Chriſti Dei ſanguine pollutam revocaverit, privilegiis auxerit, & cumulaverit? Sed fortaſſe Rodericus ille, qui fax belli Maurici, hoſtis patriæ, Regnique Hiſpanici buſtum fuit, cujus tu tamen culpam fœlicem appellas, tanto cognomini fœlicius reſpondebit. Commodum ergo erit retexere quid hac de re in antiquis Hiſpanorum Annalibus proditum ſit. Cum Iuliani Comitis filiam, nefandæ voluptatis æſtu abreptus Rodericus diu tentaſſet, invitamque tandem, ac reluctantem compreſſiſſet; tam gravis injurię ſenſu ad vindictam erectus Iulianus, legiones Arabum ab oris Aſiæ in Hiſpaniam accerſivit, & ultionem privatam cum Regni excidio conjunxit. Erat tunc temporis Toleti Palatium à multorum

Maria. l. 1. c. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Regum temporibus perpetim clauſum, validiſque vectibus & ferro munitum; quod cum Rodericus videret, Theſauros occuli ratus, ſeras perfringendas curavit, ſed nulli Theſauri, cæterum arca reperta eſt, & in ea linteum, in quo explicato inſolentes hominum facies, veſteſque depictæ, atque ipſi militari habitu & impetu graſſantes: Nempe delineati erant Arabes, capita vittis tegentes, veſtibus verſicoloribus amicti, gladioſque ac jacula vibrantes, vexillaque in altum extenſa geſtantes, cum hac Latina inſcriptione. *Cum continget ſeras frangi, Palatiumque atque Arcam aperiri, & quæ in ea ſunt videri; tunc ſcito gentes ejuſmodi Hiſpanias invaſuras, ſuoque Dominio ſubmiſſuras.* Quid plura? fatale præſagium eventus rerum explevit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Hiſpania à Saracenis oppugnata, capta, triumphata eſt. Tu tamen hic exclamas, *ô fœlix Roderici culpa*! Ecce undique vaſtitas, ſolitudo, orbitas agris, oppidis, Regnis infertur. Crudelitas, indignitas, furor ubique graſſantur; atque quodcunque trucis iræ poteſt exemplum, editur, ac Religioni victrix Impietas inſultat: tu tamē exclamas, *ô fœlix Roderici culpa*! Ecce audis è virorum complexu raptas uxores, liberos de gremio parentum abductos, fluvios ſanguine Chriſtianorum cruentatos, Divorum domicilia Mauricæ ſuperſtitionis ſordibus contaminata; abſtractas è ſedibus ſuis Virgines Deo ſacras, divina denique humanaque omnia cædibus & incendiis commiſta: Tu vero in ipſo cinere deflagrati Imperii exclamas, *ô fœlix Roderici*

rici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

rici culpa! Sed videamus, quæſo, an fœliciores fuerint aliorum culpæ. Equidem Ordonius ille, quem tu Catholici nomine inſignitum fuiſſe dicis, tanto furore in Ataulphum Compoſtellanæ Eccleſiæ Præfectum actus & animatus eſt, ut in eum, ſolius Pietatis & Innocentiæ ſuæ reum, Taurum indomitum, telis canibuſque irritatum immiſerit; Sed fera ipſa humanitatis ſenſus quos Ordonius exuerat aſſumens, poſita ferocitate, demiſſoque accedens capite Sanctiſſimo viro cornua contrectanda præbuit; quæ, cum magno omnium qui aderant ſtupore, in ipſius manibus hæſerunt. Quid Alfonſus ille Magnus, & ſolis ſuis votis minor; nonne Ordonium filium Mauris, velut mutuæ fidei pignus, non ſine gravi

Roder. lib. 5. c. 13. Maria. l. 7. c. 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Chriſtiani nominis invidia, in-
ſtituendum & educandum præ-
buit?atque ille demum Barbaro-
rum præceptis tam egregie ex-
cultus, & informatus, innocenti
CaſtellæComitum ſanguine ma-
nus inquinavit, ac ex magna For-
tuna nihil unquam præter rerum
omnium licentiam uſurpavit?
Rade-ric.l.3. c.22. Maria. lib. 7. c.19. Quid Froila Hiſpaniæ dira cla-
des? cui ludo & ioco cruor hu-
manus fuit, tam hoſtium perni-
cies quam amicorũ, qui Olmua-
dum, virum Principem & in Im-
perii ſpem natum, ferro ſuſtulit,
& ſummum bonum terrori eſſe
Roder. lib. 5. c.18. cunctis mortalibus duxit? Quid
Alfonſus eo nomine quintus?
Catholicum forte nomen traxit
ex Tharaſiæ ſororis inauſpicatis
ac nefandis nuptiis, quam nimi-
rum Abdalæ Mauro in uxorem
cõceſſit, ipſa fruſtra exclamante,

Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Chriſtiana ſum. Sceleſtum Superi immortales, ac nefarium facinus! Quid Alfonſus ille ſideralis ſcientiæ peritus? an bene eum putas de cœlo obſervaſſe, & Auſpicia deduxiſſe, cum Marrocium Regem in Hiſpaniam accivit, & Saracenis ſubigenda, proculcandaque Religionis Sacra præbuit? Quid Rex Hiſpanenſis alter Alfonſus? Ideone Catholicus, quod in ſuis triumphis numeraret Barbarorum victorias? Ille enim Iuzephum Tephium Almoravidarum Regem viribus & potentia prævalidum, ac perpetua bellorum fælicitate ferocem, in Hiſpaniam evocavit, cujus tandem præſidio res Maurica quæ in abrupto & præcipiti erat, recreata & inſtaurata eſt. Nolo aliorum oblivioni damnanda ſcelera retegere: Taceo

Maria. lib. 16. c. 2.

Maria. l. 9. c. 7. & 14. c. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Maria. lib. 15. cap. 12. Ballearem Regem, per ſummam injuriam paterno ejectũ Regno, filioſque ejus, inſigni rerum humanarum exemplo, profugos, extorres, egenos, ſine Lare familiari vagantes, & alternæ Fortunæ fluctibus jactatos. Omitto Petrum illum, *Maria. lib. 15. cap. 13.* qui ſanguine humano non tantum gaudebat, ſed paſcebatur; nec ira, ſed aviditate quadam ſæviendi furebat, nihilq; unquam vacuum à ſcelere reliquit. Eodem involvo ſilentio Ferdinandum, *Paul. Iov. Guicc.* cognomine Catholicum, qui Superis & mortalibus fucum factitavit, dum omnibus fere cupiditatibus ſuis honeſtum Religionis velamentum prætexuit; & cunctas belli rationes, fœderumque jura, vel cum pudenda mutatæ fidei labe, & gravi ſociorum injuria, ad commodum ſuum viſus eſt retuliſſe. En,

Arma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Armacane, toto orbe celeberrimos Catholicos; En Atlantis, Hiſpaniæ quondam Regis, nepotes, qui Chriſtianam Religionem tam egregiis fulcimentis & adminiculis ſtabilierunt; en Reccaredi veram ſobolem, quæ ſcelerum monſtra non ſolum animo concepit, ſed Regnum omnibus turpitudinum maculis deformavit. Sint tamen illi per me Catholici, eo ſaltem modo quo Iuſtinianus, nuſquam in militaribus caſtris conſpectus, Callinicus vocatus eſt, aut etiam Francicus, cum tamen invictam Francorum gentem, à qua tota contremiſcebat Italia, ne armis quidem laceſſendam, aut tentandam putaverit; aut ut Abſolon pax patris dictus eſt, in quem bellum geſſit; aut denique, ſicut fieri amat, ut qui pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ternam bonorum & gloriæ hæreditatem decoxerunt, de imaginibus & titulis ſibi blandiantur.

XI.

Recentiora Hiſpanorum geſta, pro Fide Catholica inter Paganos propaganda.

PRæſenſerat olim entheus Vates Eſaias, ex Aquilone terraque Auſtrali ad Indos uſque venturos homines, qui *ſolitudines & deſerta implerent, filios ſuos afferrent in ulnis, longeque fugarent qui abſorbebant eos*, necnon qui hac auri argentique feraci Regione *velut ſponſæ ornamento veſtirentur:* Vt inde in ſtuporem Indi deducti, ac incredibili perfuſi lætitia exclamarent : *Quis mihi genuit*

Eſai.60.

genuit iſtos? Tu vero, Armacane, nobis ſic illudis, ut quod ille divini internuntius Conſilii , de Regno Euangelico ſeſe latiſſime per terrarum orbem diffundente prædixerat, ad Hiſpanicam in India dominationem pertinere velis. Videamus ergo, quam Sacra hæc Oracula novis illis ex Auſtrali terra Apoſtolis, Euangelium etiam ex tormentis bellicis annunciaturis pulchre conveniant. Certe ex quo primum Hiſpani fruſtra ab ipſo terrarum Architecto objecta Naturæ clauſtra perruperunt; ac deficiente cupiditati ſuę terra per Maria Religioſi Argonautæ erraverunt. Indiæ populos, faciles, incautos, & injuriæ opportunos, per funeſtas hominum ſtrages ſuo ſubdiderunt Imperio; cumque integram prædã ſine ſanguine habere poſſent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſent, cruenta ſpolia maluerunt detrahere. Scilicet parum illi pretioſum putabant aurum quod de montium venis, aut fluminum glareis quæſitores ſcrutarentur: illud purius ſplendidiuſque credebant, quod hominum lachrimæ abluiſſent, nec è terrenis ſpecubus egeſtum, ſed è cervicibus jugulíſque cæſorum eſſet effoſſum. Teſtis eſt Chiapæ Præſul, qui à confeſſionibus Caroli Quinti fuit; pluſquam illos ducenties centena millia infœlicium Indorum ſuſtuliſſe; ut ſi, inquit, in lance aurum omne expilatum, & ſanguis effuſus appenderentur, præpondaret ſanguis. Nihil exaggero ſupra ſcriptores, aut natione, aut affectu Hiſpanos. Agnoſce Batavicæ Sirenis vocem. *Pauculi Iberi ante annos octoginta in vaſtas illas & novas terras*

Barthol. de las caſas.

Lipſ. de Cōſtant.

*erras delati, quæ funera, Deus bo-
e, ediderunt? quas ſtrages? Cerno,
ngens illud terrarum ſpatium, quod
idiſſe magnum ſit, non dicam vi-
ſſe, à vicenis triceniſque militibus
ervadi, & paſſim inermes illos gre-
es ſterni ut ſegetem à falce. Vbi tu
Inſularum maxima Cuba? tu Hay-
? vos Iucayæ? quæ olim quingen-
s aut ſexcentis hominum millibus
ccinctæ, vix quindecim ex iſtis re-
nuiſtis in ſemen. Oſtende etiam te
ulum tu Peruana, tu Mexicana
a, heu miram miſeramque faciem!
nmenſus ille tractus, & verè alter
bis vaſtus, attrituſque apparet; non
liter quam ſi Cœleſti quodam igne
agraſſet.* Imò verò nunquam in-
egros populos fulmina peruſſe-
unt: peſtilens nunquàm cœlum
egiones abſtulit; ſed exhauſit
antùm: At Hiſpani Gentes to-
as, & Regna ſeptem, vel ipſâ
Hiſpa-

Barthol. de las caſas.

Hiſpaniâ majora ſubverterunt
ac ruinis operuerunt. Si ſæviti
cauſam exquiris, hanc avariti
præbet, atque modus culpæ e
facultatum modo conſtituitur
& qui locuples eſt, fit nocens, a
ſui quiſque merces eſt pericul
Gens planè cum ſenis manibu
triformi Geryone nata, quem
primum ferunt Hiſpaniæ Tyran
nidem occupaſſe: Illam non O
riens, non Occidens ſatiaverit
ipſâ quippe ſatietate parat fa
mem; ac ubi latiſſimis circum
vaſtatis finibus ſolitudinem fece
rit, ſpecioſum Religionis nomen
obtendit, atque per hanc ſaluta
rem crudelitatem fidei Chriſtia
næ ingerit beneficium: ut jam
hoc tam egregio commento cre
dibiles factæ ſint fabulæ: fœlice
nimirùm miſeriæ, ſcelera inno
centia. In hac tanta immanitate
pleri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

[..]rique ex ærumnoſis illis po-
[..]lis inter feras ſatius eſſe du-
[..]nt ætatem degere, quibus ni-
[..]rùm eò clementiores naſci vi-
[..]ntur, quod celeritate mortis,
[..]itiæ faciant compendium:
[..]i tædium lucis inviſæ abrum-
[..]nt: Alii ne filios tollant, ſteri- *Lopes. Petrus Mart.*
[..]tem fœminis indicunt, dùm
[..]lè ſe meriturum de liberis
[..]iſque putat, ſi tale illis ſæcu-
[..]n oſtenderit: Alii irata numina
[..]diæ auraria metalla conceſſiſſe
[..]nqueruntur; & hoc uno mo-
[..] aliquando inventum eſt qua
[..]tione aurum non ametur, &
[..]à paupertas in vota tranſeat:
[..]ii Diris mare inſectantur, quod
[..]n immanem ſobolem immi-
[..]it in terram. Sed nemo meliùs
[..]ſpanorum Mores effinxerit,
[..]t expreſſerit quàm Athuejus
[..]dorum quidam Dynaſta; qui
ſævi-

Alva Gomez. lib. 2. Benz. lib. 2. c. 18.

ſævitiam eorum fugiens ex I
ſpaniola ad Cubam tranſmea
rat; cumque huc etiam Hiſp
nos adventare inaudiiſſet, co
vocatis ſuis, & communem co
plorans ſortem ſic ediſſereb
Ecce ad nos advolat genus illud ho
num, qui avarum quoddam Nu
adorant; cujus cultui ut ſatisfa
poßint, à nobis multa poſcunt; per
quuntur omnes Telluris noſt
fibras, eunt in viſcera ejus, In
rorum Regna retegunt, ac p
Naturæ ruinas Manes trahunt
Superos; mox acceptâ capſu
auro argentoque plenâ. *Iſte,* i
quit, *Hiſpanorum Deus eſt: in e*
honorem Arcytos celebremus, qui
placatus illis mandabit ne moleſtiâ n
afficiant: Res nobis eſt cum h
hominibus, quibus licet om
nia rapiant, & rapta teneant
quaſi nihil rapuiſſent, nihil ret

Chorearum genus eſt. Barthol. de las Caſ.

nui

iſſent , omnia tamen deſunt;
ciliuſque aurifodinis Natura
ficiet, quàm illis Avaritia : ce-
demus ergo fugam : colligite
cinulas, excedite, erumpite.
t infœlices mærent, & affli-
jacent Indi: non enim domi-
unt ut pareant, ſed ut ſerviant:
mque mors omnes libertati
ddat homines, illis tamen ſine
nſione tributi mori non licet,
liſque Hiſpanis etiam mortui
vunt in quæſtum. An hæc,
æ tamen pauca ſunt, ex im-
enſo illo campo Spicilegia,
aiæ conſonent vaticinio, tu
rmacane, imò publica fama vi-
erit. Prædixit ille Divinæ Men-
interpres, venturos homines
ui longinquos Populos ab Ido-
rum ſervitute retraherent, &
veram Chriſti ſervatoris liber-
tem aſſererent : vos autem,

ô Hi-

ô Hiſpani, comploratiſſimæ ſe
vituti univerſos ferè novi Or
incolas addixiſtis: Illi Chriſtia
Legis præcones gentes longè d
ſitas ex Impietatis vinculis q
bus impeditæ tenentur, ex
vent; vos Indorum colla cate
premitis, & in profunda quad
nocte pœnarum, feralibus m
tallorum officinis mancipat
Illi deſerta frequentabunt, m
tiſque hominum Religioſis c
tibus augebunt: vos ex mag
Vrbibus ſolitudinem facitis, n
deſerta niſi fugitivis impletis. I
filios gentium in ulnis geſtab
in deliciis & amoribus hal
bunt: Vos verbera inter ac co
tumelias conteritis, disjicitis, m
ctatis: Illos denique Pietatis a
dor aget; Vos impius lucri fur
exagitat; quo nimirùm ærariu
veſtrum ambitione exhauſtu

F

ſcelera ſupplere poſſitis; Vt
meritò tota exclamet India;
mihi genuit iſtos, auri fures,
næ libertatis raptores, huma-
eneris laniſtas, omniumque
ntium quas adeunt latrones?
mihi genuit iſtos, qui poſt In-
pauperes ſunt; ac per infœ-
cupiditatis tormenta quæ-
t quemadmodum poſt ſatu-
tem eſuriant; & quibus tam
ſt quod habent, quàm quod
n habent? *Quis mihi genuit iſtos*,
i cives meos ſuam emere ac
cere ſervitutem cogunt; qui
nati terras exercent, & quo-
n Superbiam fruſtrà per Ob-
quium, aut per Modeſtiam ef-
geris? En, Armacane, illos Di-
ni Euangelii vexillarios, à Pro-
etis deſignatos, tot Nationum
tis expetitos, tamque magno
xu in Indiam effuſos; tantæ
molis

molis erat Naturam domi-
novo Mundo, & Indis arma-
Apoſtolos parturire; qui naſc-
tem Eccleſiam cruoris hum-
fluctibus obruerent. Age v-
& inſpice an potiùs de his
pulis Deo plenus Eſaias h-
verbis vaticinatus ſit: *Regio-
veſtram coram vobis alieni dev-
bunt, & deſolabunt; quaſi muſto
guine inebriabuntur: vaſtitas,
contritio, & fames, & gladius,
te conſolabitur? Lauda ſterilis
non paris.* Quæ eſt iſta, ô Hiſpa-
Euangelii propagatio Apoſto-
ca? Quis hæc novus Genti-
Doctor vos edocuit? Chriſ-
certè nullam condidit Legẽ, q-
liberi populi, vel ob Pagana-
Superſtitionem mancipia f-
rent, ac ſuis rebus omnibus di-
ptis & everſis ægra ſpe vitam ſ-
tentarent. Nemo Apoſtoloru-

ꝫuangelii prædicatione Re-
rum meditatus eſt, nec Paulo
m Romanis annuncianti
ar Imperium ceſſit; quin po-
ille humanæ ſalutis parens
queſter, ſuis ita Diſcipulis
it. *Ite in univerſum Mundum,*
cate Euangelium omni creaturæ.
autem hæc emiſſariis veſtris
ngitis, Ite in univerſas auri
ntique divites Regiones, &
olici Regis Imperium præ-
ce: atque ubi primum in
iam urbem aut oppidum
ſtis, hujuſmodi capitalis
tionis edictum proponere,
ræconio promulgare ſole-
Cacici & Indiani hujus loci, *Barthol. de las Caſ.*
omnibus notum facimus, unum
Deum, & unum Regem Caſtel-
qui harum rerum eſt Domi-
tatim accedite, & auctoramen-
ege Clientelæ inite. Ita nempe
rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

rem Chriſtianam non aug
ſed veſtram: Ita vobis hoc un
ſtudium ſub alio ſole prædas
quirere, rapere falſis nomin
terras, magni fortunam Po
in ruinas agere; omnibus d
que angulis bellum quærere
cò ſine patria eſſe poteſtis,
hoſte non poteſtis: Ita pr
puum hoc veſtri Apoſtolatus
betis inſigne, cùm novi O
Incolæ ad pedes veſtros univ
ſua bona ſtatuerint.

XII.

De Titulo primogeniti Eccleſiæ.

QVis hîc Rerum huma
rum moderatricem p
potentis Dei provid
ti

in, & lucidiſſimam æterno-
m Conſiliorum non miretur
ginem? Iacebat in terris Chri-
na Religio, Barbarorum pe-
ns protrita, atque conculca-
uneſtatis & everſis Altaribus,
ſciſſam, & deſuper contex-
Domini tunicam, minuta- S.Hieron.
per fruſta praviſſimæ opi-
nis Sectatores diſcerpſerant;
hriſti vineam exterminarant
es; & inter lacus contritos,
quam non habebant, diffi-
ubi Fons ſignatus, & Hortus
conclusus eſſet, percipi aut
lligi poterat: Ipſa Religionis
& ſpecula Roma, urgentibus
, variarum Gentium dilu-
quodam ſuperfuſarum im-
, de ſuæ magnitudinis &
nitatis faſtigio ſic dejecta vi-
atur, ut ſuis ipſa populis &
e fieret & Sepulchrum:
omnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

omnis ille Imperii Romani c
textus in partes multas diffil
rat; nec ullus erat in toto te
rum tractu Princeps,qui ver
Orthodoxæ fidei nomen de
ſet; Non Anaſtaſius quidem
perator, qui Dirarum fulm
adactus, quam defendere de
bat, oppugnabat Eccleſiam:
que ita ubique Pietatis ignic
quaſi in ipſo fomite reſtincti,
que præfocati videbantur, u
que terribiles publici metus
cies; omnia mœſta,turbida,co
fuſa. Verùm ne timeas ad hu
ſerium divinæ Sapientiæ ludu
vult enim illa te docere,non h
minum arbitrio, nec huma
potentiâ Eccleſiam ſuam re
ac erigi demerſam; ipſa eſt q
Iob. 36. *in manibus abſcondit lucem, & præ*
4 Eſdr. *pit ei ut rurſum adveniat.* Ecce *un*
5. *ſibi ex omnibus eligit lilium,* &

h

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

iac nocte, rerumque perturba-
ione, Sol Iuſtitiæ in occiduis
artibus oritur, cùm jam in Eois
ucifer ille qui occiderat, ſupra
dera Thronum poſuiſſet ſuum:
cce, inquam, Regale jubar Clo-
oveus affulget, quo vigente,
que rem Chriſtianam procu-
nte, novis repubeſcens viribus
eligio, & fœlicioribus ſubve-
a pennis, ex ruinis ſuis trium-
hos inſtauravit. Hic eſt qui pro-
gato à ſobole mala Fidei pa-
imonio, ſacram cernere cœpit
æreditatem, quam deinde in-
rruptam & illibatam, nec ullis
orum nominibus oneratam,
poſteros velut ex cœleſtibus
bulis tranſmiſit: Hic eſt cui
oc Divini Spiritus oraculum
nvenire poſſit. *Et ego Primoge-* *Pſal.*
tum ponam illum Excelſum præ Re- 88.
gus terræ: Hic eſt quem prior in

Eccleſia naſcendi locus gratio-
rem cæteris Regibus effecit: Hic
eſt in quo vividius divinæ Paren-
tis formæ veſtigia, & decoris li-
neamenta ſignata primùm & ex-
preſſa eluxerunt: Hic eſt quem
Proceres Eccleſiæ in celeberri-
mo conſeſſu, miro animorum
In Concil. Aurel. Marculph. lib. 2. cap. 44. Sugger. in vita Ludo. Craſſ. Guiliel. Brit. in Philip.
conſenſu Eccleſiæ filium primi-
genium appellavere, Decreto-
que ſanxere, ut in poſterum qui
Clodovei ſolio Principes inſi-
derent, eodem ampliſſimo di-
gnitatis titulo donarentur, & af-
ficerentur. Illi verò qui ſe prin-
cipem inter puerperæ Eccleſiæ
ſoboleſcentes filios obtinere lo-
cum intellexerunt, ut tanto ſ
digniſſimos honore præſtarent
omni ſemper ſtudio elaborave-
runt: atque hoc uno præcipuè
gloriari poteſt terrarum decus
Gallia, quod antequam Chriſtia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

na efficeretur, nunquam Chriſtiano nomini fuit infenſa, quod neſcio an ulli alii gentium uſuvenerit; Illa certè prima omnium pro Religione, non votis tantùm & ſanctitate, ſed armis etiam, cum Chriſti hoſtibus ſigna contulit, exemplumque pietatis virtute tuendæ cæteris præbuit; ut quicquid deinde Sanctæ æmulationis apud exteras gentes extitit, id omne uni acceptum ferri debeat. Eſt igitur quod hic tecum expoſtulem, Armacane, qui famæ celebritate ſublimem & ſuſpiciendum Clodoveum tam iniquis rumoribus aſpergis: ſit procul obtrectatio, faceſſat invidia: nobis certè ſemper faſtus ſolenniſque ille dies erit, qui admirandum Principem Gallico inauguravit Imperio. O dignam Galliam tanto Rege! ô Regem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

dignum Gallia! Nec mihi tempero, quin exclamem, Hic eſt Clodoveus; *manibus date Lilia plenis.*

XIII.

De promeritis quibus Galliæ Reges Chriſtianiſſimi *cognomen conſecuti ſunt.*

ROgatus olim à Senatu populoque Romano Alexander Severus, ut Antoninorum cognomen ſuſciperet; ipſe contrà expoſtulabat ne illum ad hanc certaminis neceſſitatem vocarent, ut tàm clari tamque inclyti nominis magnitudi-dini ſatisfacere cogeretur. Magnum eſt, Armacane, *Chriſtianiſſimi* cognomen, imò etiam oneroſum; ſed magnificè ſemper il-

lud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

lud impleverunt, & integrum reddiderunt Heroës noſtri Gallici, in quibus nulla unquam inventa eſt ſacri nominis prævaricatio. Mihi verò cogitanti, & mentis oculos per antiqua eorum decora circumferenti, non unde incipere, ſed ubi deſinere debeam, ſtatuere difficile videtur; affluente nimirùm undique luculentiſſima Virtutum factorumq; amplitudine, cui non ſufficeret indefeſſi ſermonis ſeries; ut conſultius fortè facerem, ſi tanto rerum ſpectaculo perfuſus, tàm ſplendidam laudum materiam in ſilentii verterem argumentum; eſt quippe ſilentium fidus Majeſtatis interpres, & admiratio immenſæ gloriæ præconium habetur. Si enim quæcunque illi ſpargendę latius Religionis, propagandæque fidei ſtudio
 bella
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

bella geſſerunt, recenſere velim, quis finis erit ſcribendi ? quis enarrandi ? Evolve Annales, & Antiquitatis replica memoriam; & occurrent tibi feroces illi Orientis domitores, Africæ Domini, Hiſpanorumq; Regum victores Saraceni, qui quaſi fulminum terroribus cincti, reliquum mortalium genus perculſuri, ipſamque Religionem Chriſtianam funditùs deleturi videbantur. Quis auderet adverſus gentem ſtolidam viribus, indomitam feritate, inſolentem ſucceſſu, tàm formidoloſi certaminis aleam ſubire ? Soli certè Franci inventi ſunt qui ingenti animo & excelſo, immanem hunc Barbarorum impetum, non modò ſuſtinuerint, ſed repreſſerint; Quid, inquam, repreſſerint ? Imò fuderint, fugarint, oppreſſerint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

rint. Perge verò; & ſi tibi ocu-
orum & ingenii acies non ob-
orpuit, mirare Clodoveum in
Arianos erumpentem, Alaricum
Gothum cædentem, has mun-
li peſtes abigentem, & multo
anguine reſperſa ſpolia Chriſto
onſecrantem. Aſpice, quæſo,
ua vivida virtute Childebertus
Amalaricum Arianum, ejuſque
lium profligaverit; Romam
b imminenti direptionis & ex-
idii periculo liberaverit, Ca-
aolicam fidem in Hiſpaniam in-
exerit, atque tela barbaræ in-
inæque Superſtitionis ab Hiſpa-
orum jugulis & fortunis aver-
erit. Suſpice Martelli martios
piritus, cujus auſpiciis tres po-
entiſſimi Reges occubuere, ac
uobus commiſſis præliis quin-
enta & ſeptuaginta Barbaro-
um millia cæſa, nobiliſſimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

omnium quos unquam ſol vidit
Triumphum exornaverunt. Re-
torque pauliſper oculos ad illius
Triumphum, & Viſigothos, Sue-
vos, Alanos, Vandalos, currum
ſubſequentes pronoque ac mœ-
ſto vultu incedentes videbis.
Nondũ ſubducta pompa trium-
phali, ingens tuis cogitationibus
obverſabitur Pipinus, paterna
virtutis æmulator; in quo lice-
bit tibi demirari volucrem illum
& igneum mentis vigorem, quo
Chriſtiani nominis hoſtes mul-
tis attrivit cladibus; Friſios fal-
ſorum Deorum veneratores
Chriſti famulos de eo concio-
nantes audire coëgit, Apoſtolicæ
ſedi laboranti tàm ſæpè ſubve-
nit, Stephanum Pontificem Ro-
manum, ſemel atque iterum pri-
ſtinæ dignitati reſtituit; ac de-
nique Italiam ab Aſtulphi Ty-
ran

rannide mira fœlicitate recepit. Quanta verò tibi rerum vix credibilium ſeſe facies aperiet, ſi Caroli filii ſuſceptos pro Religione labores perluſtrare velis? Nihil hîc non præclarum, nihil non ſublime & excelſum, nihil non magni imò ter maximi cognomine digniſſimum reperies; Italiam liberatã, Hiſpaniam triumphatam, Germaniam perdomitam, Illyrium fractum, Daciam ſubactam, Galliam deniq; à fruticantibus Hæreſium loliis expurgatam: Hîc perlegere poteris è Corſica Mauros, è Sardinia Pœnos, è Balearibus Saracenos exactos, profligatos, perditos: Hîc ſe tibi oſtentabunt præfracti Saxones, indomiti Friſii, pervicaces Sclavi, Hunni efferati, truculenti Bohemi Chriſto Servatori audientes redditi, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

à ferino ritu ad Pietatis manſuetiorem cultum, ingenio humanitate delinito, fœliciter revocati: Hîc demùm aſpicies Longobardos ſummis Sacrorum Principibus arroganter infeſtos, perpetuis victoriis devictos & exciſos; Adrianum & Leonem, hunc exulantem, illum obſeſſum, fractis & obtritis hoſtium Eccleſiæ viribus, in ſedem Petri reſtitutos, illamq; ipſam terram, quæ Chriſti naſcentis vagitus excepit, de Barbarorum manibus recuperatam. Mox latiùs ſe diffundente materia, ſpectabis Ludovicos & Philippos cœleſti quodam ardore ſuccenſos, per ſæviſſimam rerum partem, cum mille quadraginta navibus maria eremigantes, clauſum Chriſtianis Orientem ferro aperientes, Africam atque Aſiam ma-

gna

gna ſui parte Barbaricis catenis exuentes, Solymorum ſceptra repetentes, Saladinos tremefacientes, Damaſcenos, & Memphiticos Sultanos collatis ſignis in fugam compellentes; Quid plura? nonnullos etiam ex his Heroïbus extremum ſpiritum in ipſa effundentes victoria, & ubique profligata Impietate, moriendo triumphantes contemplaberis. Enimverò quæ eſt tàm effera, tamq; longinqua Natio, ad quam tot illuſtrium triumphorum fama non peruenerit? qui tàm horridi montes, quæ tàm inacceſſæ Tauri, Amanique rupes, quarum illi juga victores non calcaverint? quæ denique tàm ſurda Poſteritas, quæ clamores admiratione Gallicæ virtutis excitatos non exaudierit? ô ſancta bella, quæ & Victoribus immor-
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

immortalem gloriam, & victi ſalutem afferebant! ô infœlices populos, quibus in pœnam Fortuna pepercit, & qui tàm fœlicis injuriæ beneficium nõ acceperunt! Quod ſi placet ex Campo Martio ad Pacis Templum tranſmeare, quot ædes ſacræ à fundamentis ſurgentes, quot ſinceræ Pietatis depoſita, quot donaria non tàm auro gemmiſque, quàm Religioſo affectu refulgẽtia, quot indicti Præſulum conventus, quot Sanctæ Politiæ leges, quibus Eccleſiæ diſciplinam tanquam nervis devinxerunt, in oculos tuos velut totidem fulgetra incurrent? tibique uſuveniet quod his qui cœlum intuentur; ubi confuſos quidem ſyderum cœtus deprehendunt, ſed ignium multas, variaſque facies cernunt magis quàm diſcernunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Jolo te per alia innumera Re-
um Chriſtianiſſimorum orna-
enta, & inuſitatæ Virtutis tro-
hæa deducere : in his adhibeat
odum oratio , in quibus illi
odum non ſervaverunt. Sal-
ete fortunata Chriſtianæ Rei-
ablicæ columina , Religionis
opugnacula, Pietatis taberna-
la , Orbis miracula ; vos non
inùs egregiis factis quàm ſole-
ni cognomine Chriſtianiſſimi,
tris bellis primi omnium no-
na dediſtis: Euphratem & Ni-
n jugum ferre coëgiſtis: Orien-
n piis victoriis luſtraviſtis: Eu-
pæ jura, Africæ formidinem,
iæ ſocietatem, populis pacem,
imis ſecuritatem , Templis
nctitatem reddidiſtis. Vos rem
riſtianam Fide cumulaſtis ,
anis adauxiſtis ; terrarumque
em victoriis pervagati , In-
vidiam

vidiam gloria, gloriam virtut
ſupergreſſi eſtis: vos Italis adm
rationi, Germanis veneratio
ni, Hiſpanis terrori, Gallis o
namento ſemper extitiſtis: vo
triumphis omnibus lauream tan
to majorem adepti eſtis, quàn
plus eſt Religionis, quam Impe
rii finès promoviſſe. Ignoſci
vero ſi de reliquis tam præclar
fortiterque geſtis conticui: qu
ſi omnia dici ac perſcribi volu
ſtis, pauciora facere debuiſti
imo jam omnia dixi cum vos n
minavi: ecquis enim alias vos f
tis digne laudare poſſet, qui r
rum magnitudine laudes ip
conſumpſiſtis; ſed neque cu
vobis tam male unquam actu
eſt, ut publice conſecrata Virtu
privata ulla indigeat laudation
Exurgite modo, & famæ veſt
poſſeſſionem, ingentemque gl

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

it: hæreditatem, ab Hiſpano
ædone aſſerite, vindicate; fau-
ſtis procedite Auſpiciis. in albis
æ lucentibus quadrigis trium-
phate; atque ſub pedibus veſtris
frementem omnem & allatran-
tem obtrectatorum turbam, ex
alto proſpectate, deſpicite, irri-
dete. His ſane permotus olim
Franciſcus Philelphus, in hæc
verba prorumpebat. *Si, inquit,*
verum ſine cujuſquam invidia fateri
licet, poſtquam impia & immanis illa
Mahometi Secta invaluit, nullum eſt
hominum genus cui plus debeat Chri-
ſtiana Religio, quam invictæ Franco-
rum Regum nobiliſſimæque Virtuti.
Si ille Italorum elegantiſſimus,
Carolum ejus nominis ſepti-
mum compellabat, ut explica-
tis armis avitis, Bizantinis Prin-
cipibus ſubveniret; atque ruen-
ti Conſtantinopoli, quæ Re-
gum

gum Gallorum vetus patria c
victrices porrigeret manus;
Fata & Oracula viam invenie
qua Gens immanis & trucul
ta ſub ſceptro cadens Francic
ſuam videbit ulciſci Tyran
dem. Hæc interim, Armacan
cum Hiſpanorum rebus geſt
quas ſupra Cimbrica & Afri
na extollis trophæa, conferre
lis, omnis eorum virtutis fulg
tanquam ad radios ſolis adm
tus, plena luce obruetur. Tu
ctua non fers hos ſoles, qui
victa paſſim Fortuna, & maj
humanis conſiliis auſi, imita
ſui cupiditatem Hiſpanis fe
runt, ſed ſpem abſtulerunt,
ad eos majorem pudoris qu
induſtriæ materiam tranſmi
runt. Plaudat ſibi egregia
rum ſuarum oſtentatrix Hiſp
nia: Atlantem ex Pygmæo

ſurge

ſurgentem inducat, & leviſſima quæque in cothurnos tragicos deformet; quid tandem habebit quod cum Gallicis triumphis comparare poſſit? hoc unum illi, quo animi dolorem leniat, ſupereſt, ut ſub hac tam inæquali comparatione tacere tandem diſcat.

XIV.

Geſta Chriſtianiſſimorum Regum adverſus Hæreticos.

MVlta ex diverſis Regionibus in Orbem terrarum fluxiſſe Monſtra legimus, & ipſæ quoque Hiſpaniæ tricorporem Geryonem immiſerunt. Solius Galliæ vetus ea *D.Hier. adverſ. Vigil.*

fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

fuit laus & gloria, quod huju
modi portenta non habuerit; n
id quidem mirum, cum non
num tantum Herculem Ga
cum, ſed tam multos Chriſt
niſſimos Principes Monſtroru
domitores aluerit atque extul
Honor. 3. Gregor. 9. rit; ipſaque velut quædam i
ſtructiſſima Pharetra ſit, qua
Chriſtus accinxit, & ex qua el
ctiſſimas ſagittas extrahit,
Hæreſes conficiat; & ſibi Ge
tes, Regnaque ſubjiciat in ar
brachii Potentis: An hæc etia
vox auribus tuis aliquando n
Willielm. in vita S. Bernardi. uſurpata eſt, *Non eſſe Francos,*
cateræ Nationes, proclives ad Sch
mata, nec in Eccleſia Dei feciſſe ſ
Idolum, nec in Cathedra Petri ſ
unquam Monſtrum fabricaſſe. R
rum Gallicarum memoriam pe
luſtra, & invenies Religioſiſſi
mos Francorum Reges Arianam

Impie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

pietatem profligaſſe; Canta-
cos ſinus, & Aquitaniam ab
reticorum peſte liberaſſe; Im-
am Albigenſium Sectam ar-
a manu confeciſſe; Priſcil-
ios, Porretanos, Abeliardos,
engarios abegiſſe; infœlicem
m Felicem, qui è media Hi-
nia in Galliam Neſtorii do-
ata ſeminatum venerat, re-
iſſe; Claudium Presbyterum,
ere quoque Hiſpanum, qui
eris bellum nefarium indi-
at, & ſacras eorum Imagi-
contriverat, ultore gladio
npreſſiſſe; ac denique per tot
culcatas Impiorum cervices,
tot comminutos ceraſtas,
tot Hæreticorum turmas,
n armis, tum edictis conciſas,
biliſſimos egiſſe triumphos.
t enim illa, fuit ſemper in re-
ēda Fidei integritate conſtan-
tia,

tia, ut in tanta tamq; glorioſ.. il-
luſtriſſimorum Regum propagi-
ne, nullus extiterit à Chriſtiano
dogmate alienus. Habuit qui-
dem Græcia ſuos Heraclios, Phi-
lippos, Leones, Copronymos;
Germania Henricos & Frederi-
cos; Hiſpania Alaricos, Amalri-
cos, Theudiſclos, Agilas, Atha-
gildos, Livuas, Leuvigildos, at-
que Chriſtianæ Religionis Ca..
nomata: Vna Gallia Fidei na..
ſolũ, Chriſti Regia, Orthodoxæ
doctrinæ Palladium, & Eccl..
Auguſtiſſimus Thalamus, hæc..
bis venena puriſſimis ſuis Li..
affuſa & immiſta non vidit, n..
quam ſenſit, nec in eodem T..
ribulo ignem ſacrum & prop..
num imponi paſſa eſt. Si tam..
agentibus Fatis, poſteriore ſęc..
in illius ſolo mala quædam no..
rum opinionum gramina ſucc..
veru..

unt, & Eccleſia Gallicana ſicut
um inter ſpinas enituit, quid
c Chriſtianiſſimi Reges non
ravere? quid non moliti ſunt,
populos ſuos ejuſdem ſacro
igionis vinculo devincirent?
rſos & abductos in divinæ
nſæ amplexus revocarent?
anta ob eam rem prælia ſunt
miſſa? quam multa cæſa ho-
num millia? quantum ſangui-
ad reſtinguendas diſſidiorum
s in hunc ſacrum ignem in-
um eſt? quam ſæpe Hæreti-
um perfidia ubique, vindici-
armis acta, ſubacta, obruta,
actata eſt? Sed cum illi tan-
n nec vincere nec vinci ſine
gno ſuo periculo poſſent, &
a armis irritarentur, & jam
ltis in locis Religio labaſce-
ac denique in tanto ſævientis
nſanientis morbi furore, aſpe-
riora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

riora remedia malè cederent; fe-
cerunt illi quod periti ſolent Me-
dici, qui cùm uſtionibus, ſectio-
nibus, ferro candente, detractio-
neque ſanguinis non morbum
jam adultum & prævalidum, ſed
ægrotum ipſum furioſum cogi
ci, & oſcitantem dolorem exa-
cerari potiùs quàm permulceri
vident, mitiora parant fomen-
nec ultrà feriunt venas, ne
membris manus admovent, ne
acri medicamine peſtiferam e-
cemq; ſerpiginem naturæ reli-
quendam laceſſunt: fecerunt
quam illi quod olim Chriſtiani
Cæſares, qui quos armis vel e-
ctis Imperioſis ad Eccleſiæ ca-
revocare non poterant, ſuis a-
quando legibus permiſere, c-
nec paulatim cum Chriſtia-
coaleſcerent. Fatemur quidē m-
lius eſſe ut pereat unus, quàm

reat Religionis unitas; ſed in
ltitudine peccantium, ubi rei
e vincendi ſunt, & à verbo-
n altercatione ad aperta odia
ceditur, ac utraq; pars cogita-
nes ſuas gladio tutatur, peri-
oſum ſanè eſt iraſci tam pu-
co vitio, tutiuſque ſemper eſt
fundere ſanguinem quàm ef-
dere. Quid enim juvat ad ſa-
item perducere velle quæ lõ-
n hactenus tempus corrupit?
tere quæ vetuſtate induruе-
t, nulla proficiendi ſpe, certo
ii periculo? lento equidem
amine contra fœcunda mala
is eſt; ſic illa compeſcenda
t, ut ſuperſint quos peccaſſe
niteat, quibus etiam poſſis
oſcere: multo quippe firmior
fides quam reponit pœniten-
; nam & Deus Opt. Max. in
bam delinquentium non ja-
cula-

culatur fulmina, non fremen
diluvio terras obruit, ſed mu
tolerat quæ ipſe non probat:
des infundentis illius donum
& æterni ſui luminis radius de-
batus; ideoq; ſuadenda eſt, n
imperanda, oratione quide
non ferro, docendo, non jube
do, monendo, non minand
Nemo Rex certè animis imp
rare poteſt; naturâ contuma
ſunt, & celeres planéque igne
habent motus, & in contrariu
atque arduum enituntur. Inq
ſitores autem fidei reſpuit Gall
eorumq; oculos horret & exp
vet; fictiones quippe ea res i
ducit, & per hos ſacros indag
tores Hiſpani Reges plures p
puræ ſuæ quàm Dei cultores
ficiunt: ipſe Moleius Moluch
Rex Mauritaniæ, quindecim c
citer Hiſpanorum millia, pler
q

Coneſta. de Tortugal. & Caſtel. conjunct. lib. 6.

ue ex Andaluzia oriundos, qui
hriſtianam legem exuerant, in
ſtris ſuis habuiſſe fertur: Ac
ulto plures numerantur ex iis
ui Carolum Quintum in Afri-
m ſunt ſecuti, qui à Chriſto ad
ahumetem deſciverint, quàm
ui ad Chriſtum tranſierint ab
ſo Mahumete. Nunquid &
ulti ſunt in Hiſpania Iudæi,
ui metu Inquiſitionis linguâ
uidem jurant, ſed mentem in-
ratã gerunt? Ecquod Chriſtia-
um Imperium tot Chriſti ho-
es hodie parturit? Quid ergo
hriſtianiſſimo Regi ſuccenſes,
uod in ejus ditione tutò degant
æretici? Succenſe pariter &
ermanis Principibus, quibus
m benè cum Lutheranis con-
enit: Gallia certè plures ab ho-
ibus Orthodoxę fidei trium-
hos numerat quàm Reges.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XV.

De Beneficiis à Chriſtianiſsi-mis Regibus in Hiſpanos collatis.

PEſſimi debitoris eſt Credi
tori facere convicium : ſe
hac in re naturâ ſuâ utuntu
Hiſpani, dum illos magis ode
runt quibus maximè debent; æ
ſiquidem alienum leve debitor
facit, ſed grave inimicum , ne
læta interdùm videntur benefi
cia cùm exolvi non poſſunt: qu
cùm tàm multa Chriſtianiſſim
Reges in Hiſpanos ſparſerin
potiùs quàm contulerint,non ii
ſibi amicitias , ſed injurias para
verunt . Hiſpanicarum rerun
Scriptores conſule , & illi tib
fortem illam Principum Gallo
rum dexteram, Barbarorum do

mitri

mitricem, Hiſpaniæ liberatricem oſtendent: Hæc enim illa eſt quę ferrum, flammas, rapinas, cædem à ſalute ſua, tectis, fortunis arcuit: Hæc illa eſt quæ à Templis ſuis ſacrilegia, ab oppidis direptionem, ab agris vaſtitatem depulit: Hæc illa eſt cujus fœlicitate & Auſpiciis Saraceni crudelitate immanes, furore vecordes, ac uno cæſo capite, majore ſemper numero ſoboleſcentes, fuſi ſunt, fugati, & ad internecionem nominis deleti: Hæc illa eſt quæ Siſenando Regi ſceptrum aſſeruit, & improbos Senthilę conatus & ambitus repreſſit: Hæc illa eſt cujus virtute Aſturiæ Galeciæque Rex Alfonſus, impetratis à Carolo Magno ſubſidiis, Vlyſſiponem, urbem Luſitanię Principem recepit, multas alias civitates expugnavit, opulentam de Mauris *Mari. l. 6. c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Mauris prędam retulit, ac deniq; Hiſpaniam Religioni reddidit: Hæc demùm illa eſt quę Alfonſo Caſto laboranti ſubvenit, & Tarraconenſium Regi adverſus Africanos præliāti opitulata eſt, & quaſſata tunc Hiſpaniæ Regni fundamenta ſtabilivit. Unam ſiquidem potentiam ſortiti ſunt Reges Galliarum, omnibus prodeſſe, Hiſpanis maxime, apud quos non omnino ſemper Beneficiorum jactura facta eſt: gratus quippe eſt qui Beneficii gratiam libenter debet & agnoſcit. Cùm itaque Carolus Magnus Aquiſgrani forte conventum haberet, acceſſerunt Alfonſi Regis oratores, qui opimas de Saracenis manubias ad Imperatoris pedes abiicientes, ſic eum allocuti ſunt. Tui milites, Rex invicte, tui Duces hæc cœperunt ſpolia;

aul.
mil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

hæ ſunt hoſtium tuorum, quia Chriſti hoſtes ſunt, exuviæ: urbes procul expugnatæ, inſulæ receptæ, Hiſpania prope omnis Sacris ſuis reddita; benè tuis addicentibus Auſpiciis vicimus. Unum tibi corpus, unus eſt animus, quamvis orbis immortalitatiſque capax: ſed ubi ſigna fulgebunt tua, ibi præſens nobis teliſque noſtris videberis; tua abſentis Lilia eadē Fortuna ſequitur quæ præſentem: Sed Victoria ferox Virago eſt: illius modò dextram, modò aliam corporis partem prehenſamus, nondum totum potuimus corpus; Sarracenos enim hoſtes habemus in ſua funera redivivos; ſed tua Fortuna & tuorum Virtus oſtendet eos eſſe mortales; milites tantùm in ſupplementum trade, cætera bellum præſtabit. Verùm cùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

benefaciendi finem Chriſtianiſ-ſimi Reges nullum fecerint, ne per longos anfractus in ubere campo mea vagetur oratio, placet in Philippo Valeſio conſiſtere. Allatum erat, Hiſpanos à Mauris ſemel atq; iterum acie victos, opem Regis implorare: Tres ſummi Africæ Reges in Hiſpaniam tranſgreſſi, & cum veteribus Barbaris, eorumque Duce conjuncti, terra marique Chriſtianos latè profligaverant; nec ſervire aliqua conditone licebat, ubi nulla fides hoſti erat. In tanto rerum diſcrimine, everſis penè Hiſpanorum rebus, maturam opem proſperè tulerunt Franci, quorum adventu, virtuteque bellica, ingentibus præliis victi Barbari, atque latè profligati ſunt. Tantus enim Gallici nominis terror, & armorum tàm invi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

cta ſemper fuit fœlicitas , ut ſine
oc ſubſidio Reges Hiſpaniæ
eque Majeſtatem ſuam tutam,
eq; amiſſam recuperare ſe poſſe
rbitrarentur. Omitto quàm ſæ-
è alias Pyrenæi ſaltus Franco-
um exercitibus pervii tritique
uerint ; Chriſtianiſſimi quippe
eges ſua exprobrare neſciunt
eneficia : magno illa animo fa-
iunt, magno perdunt ; ingrati
erò ſunt illi, injuſtique, qui me-
noriam eorum premere, iiſque
enebras offundere connituntur,
quibus lucem acceperunt.

XVI.

De lege Salica.

CVm Lilia ex Divinæ Sapientiæ Oraculo , neque nere neque filum torquere

didicerint; quid moleſtè fers, A
macane, ſi lana & colus à Liliat
Inſignibus alieniſſimæ ſint, n
unquam ab haſta in fuſum Reg
Gallici hęreditas demigret. Vir
rum Imperia viri Galli patiuntu
Fœminarum non agnoſcunt, n
in ſpem rerum potiundarũ apu
eos illæ naſcuntur; quin poti
Lege rata fixaque, & cum ip
Imperio nata, tanquam Reg
impares honori oneriq; ſubm
ventur. Supervacuus verò mi
labor inſumendus eſſet, ſi anx
diſquirere inſtituerẽ, publiciſ
Tabulis conſignata, vel mo
bus tantùm Lex Salica induc
fuerit. ſcriptura ſiquidem L
gem magis complectitur quà
facit: ac ubi ſemel conſuetuc
illiterato Populorum conſen
invaluit & increvit, explorat
ſimi Iuris auctoritatem obt
ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

et : non enim leges ob hoc unt, quia ſcriptæ, ſed quia receptæ; nec in ære tantùm, aut n Tabulis, ſed etiam in aninis exarantur. Antequam marnor, aut ebur, vel æs Corinhium inſculptæ leges illuſtraiſſent; cumque non adhuc foa, nec porticus Album Prætoris xornaſſet, jura nondum ſcripta ærebant in præcordiis, ſpiraatque in mentibus reverentia & Imago legum. Quod autem biicis, Salicam Legem, quæ tam acratæ nobis ſanctionis eſt, *non e Regno, ſed de privatorum ſucceſione tractare, cum relata ſit ſub titum de Alodiis, quæ cum jure Coronæ ommune nihil habent*; erras omninò, nec tamen tibi turpe eſt us ignorare, in quo non verſaris. Enimverò, ſi à terræ Salicæ portione Fœminæ repel-

 lun-

luntur, quanto magis à Principa
tu? Nunquid deſipientis eſt, cu
pars quantulacunque denegatur
totum obtinere, & ambire velle
Omitto quod Priſcis noſtris Iu
riſconſultis olim placuit, terran
Salicam eam eſſe, quæ ſoliu
Principis dominio cedit, & à le
ge Alodii diſtat. Uſus quippe
qui optimus Iuris Cenſor & in
terpres eſt, hæc concepta Regiæ
Legis verba *De terra Salica null.*
portio mulieri veniat, ad Sacrum
Principis patrimonium pertine
re comprobravit. At tu contrà
refers non ſemper Jure Salica
ſucceſſionis, ſed interdum adop-
tionis, Reges Galliæ Regnum ad
poſteros tranſmiſiſſe. Quod ſanè
falſum eſſe ſciunt, qui haud igno-
rant, non alia de cauſa Guntran-
num Regem, Childebertum ne-
potem in locum filii adoptaſſe,
quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

quàm ut jura juribus cumularet. Ille quippe cùm fratris filius eſſet, citra adoptionis beneficium, tàm ex lege Salica, quàm ex edicto Prætoris Guntranno utique ſucceſſurus erat, ſed ille duplici hoc præſidio gentilem ſuum adverſus eos qui avida ſpe Regiæ inhiabant ſucceſſioni, defendendum putavit. Quamquam Romani ſoli, qui per Prætorem & populum adoptionem conferre ſolebant, adoptivos pro ſuis & legitimis hæredibus habebant, non etiam Galli cæterique Populi, qui per arma Naturæ veritatem adoptionis imagine adumbrabant, & longa patrum vota hoc fictitio nomine repente adæquabant. Quo factum eſt ut cùm olim Cabades Rex Perſarum ſe in amicitiæ fœdus cum Juſtino Imperatore de- *Procop. lib. 1. de bel. Perſ.*
ſcenſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſcenſurum polliceretur, ſi Choſ-
roem ſuæ inſereret & aggrega-
ret familiæ: reſpondit ille ex
Procli Quæſtoris ſententia, ſe
quidem illum adoptaturum, ſed
per arma, non per literarum in-
ſtrumenta: & vero nunquam
apud Gallos Adoptivi ex ſola vi
adoptionis ſucceſſerunt, nec hu-
juſce juris aliud hodie pellucet
veſtigium, quam alieni ferendi
nominis impoſita conditio. In-
ſurgis iterum, & ais, non ſemel
Gallos ſpreta Salica ſanctione,
electionis jure Sceptra tranſcri-
pſiſſe. Verum ſi Pipinus & Ca-
petus, ſubmotis ignavis hære-
dibus, aut qui Germanico ma-
gis quam Francico Imperio erant
addicti, Regiam creverunt hæ-
reditatem, id extra ordinem,
& immenſo Superorum homi-
numque favore factum eſſe ne-
mo

no neſcit; Imo vero contra legem non fiebat, quod pro dignitate ac utilitate Reipublicæ contra ipſa jura rependebatur. Nec eſt quod hic à Regia ſtirpe alienos Odonem & Radulphum adducas: Illi ſiquidem non tam ad Regnum quam ad Regni procurationem, urgente Normannico tumultu, acciti, atque inaugurati ſunt, more ſcilicet tunc temporis recepto, ut Sacroſancti populis viderentur illi, quibus rerum arbitrium ac regimen committebatur: unde cum Odo Tyrannidem affectaret, ſententiis à Proceribus dictis, Regio nomine exutus & exauctoratus eſt; ſed & ipſe ſupremis verbis eos qui ſuarum erant partium hortatus eſt, ut Carolo ſimplici legitimo hæredi audientes eſſent; ita bene judicantibus fatis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

tis, quę brevem his falſis & pe
ſonatis Regibus vitam, Caro
verò diuturnã conceſſere. Qui
quid id eſt, Armacane, non e
emplis, ſed legibus diſceptan
dum eſt; quamquam illas in H
ſpania mortales, ut ita dicam,
ipſis temporibus mutabiles a
cepimus. Ecce duæ Henrico R
gi Caſtellæ ſorores erant, Blanc
quæ Ludovico ejus nominis
ctavo Galliarũ moderatori nu
ſit; & Berengaria natu mino
Blancam ætatis prærogativa ſu
levabat, ut fraterni hæres eſſ
Imperii: & tamen ea prætermi
ſa, Procerum populique conſe
ſu, Berengariæ Regnum delatu
eſt: atque id quidem exempl
non jure factum eſt; ſed Regn
rum jura Leguleiorum Tabu
non concluduntur. Si ergo po
habita ſemel & iterum lege S

lic

ica, electionis jus invaluit: non
deò ſanctionis nervus inciſus
eſt, quæ ſcilicet in cæteris vires
uas ſemper exeruit, vel ab ipſis
mperii Gallici incunabulis, cùm
Childeberto Rege fatis functo,
duabus filiabus ſuperſtitibus,
Clotarius Regnum adeptus eſt:
ic nimirum Utini poſthumo
non perennante, Joanna ſoror,
quamquam Odonis Burgundiæ
Ducis ſuffragiis viribuſque ni-
teretur, cauſâ cecidit, & Phi-
ippus longus Legis prętogativę,
c gentilitate Sacrorum ad ſo-
um evectus eſt. Hanc demum
controverſiam intermortuam,
xtincto Carolo Pulchro, Angli
epetebant, illudque ex jure Ro-
nano fando uſurpabant, nihil
eccare rerum naturam, quæ
œminas gigneret, & ad hære-
itates vocaret, & adſciſceret.
Sed

Sed è diverſo Philippus Valeſ
Comes, egregius Francicæ Maje
ſtatis legiſque Salicæ aſſertor, n
hil in Regnum juris penes muli
res eſſe contendebat: fruſtraqu
Eduardum Anglorũ Regem m
tre Franca prognatum, id ſibi a
rogare, quod fœminis nuſqua
datum eſſet: atque id tande
Proceres in Comitiis Regni P
negyricis, luculento elogio ſa
xere. Etſi ergo jus Regnoru
non idem apud omnes vigeat
invaleſcat, ſed ut naſcentibus p
pulis fatales Genii dividuntu
ita ſuus cuique Genti ritus, ſ
cuique Imperio leges Auguſ
Sanctæq; conſiſtant: non tam
ſine cœleſti numine Regia i
lex apud Gallos edita eſt, ut R
gni Compages firmioribus vi
culis ſtabiliretur, perpetua qu
dam Familiæ ſerie, cujus cum F

mi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

nina caput & finis, &in ea faci-
e gentilitium nomen intercidit.
ibera olim Roma Legem Vo-
oniam, perſuadente Catone tu-
erat, qua mulieres à locupleti-
us hæreditatibus arcebantur;
adem poſtea urbs, cum veteri-
us inſtitutis repudiatis perire
œpit, eam legem non agnovit.
t vero ſi tot exteros Principes
Navarreni non fuiſſent experti,
onſtantius forte Hiſpanicum ju-
um detrectaſſent,

Troiaque nunc ſtares, Priamique
arx alta maneret.

Conſultius Galli Salicæ hæſerunt
anctioni, qua una libertas, digni-
aſque Francici conſtat nominis,
e Alienigenarum Imperio di-
ioneque premantur, qui cæteris
entibus Reges Legeſque dare
oliti ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XVII.

De proſapia Hugonis Capet

NOlo hic velut in Atric
Hugonis Capeti mul
illigata flexuris ſtemma
longo ordine recenſere: Rhet
rum quippe iſta diſciplina eſt:
Avis & Atavis ornare quem la
daverint; ut ramorum ſterilit
tem radix ſoboleſcens & fæcu
da compenſet, & quod in fr
ctu non teneas, mireris in tru
co. Is autem eſt Capetus, q
generis ſui claritatem incomp
rabili gloria ſuperavit, & acc
ptam à Majoribus lucem no
Virtutis ſplendore cumulavi
ut etiam ſi nobiliſſimæ Famil
decora non protuliſſet, ſu
mum ipſe tamen ſuæ genti o
namentum eſſe potuiſſet. Illi

ſtemm

mma non pauci adornare ag-
gſſi ſunt: ſed variantibus & al-
nantibus ſententiis, cum nec
ſe Rodulphus Glaber hanc il-
rium imaginum ſeriem per-
ere potuerit. Sunt qui ad ma-
gum Witichindum, qui adhuc
poſteris magnus eſt, Capeti-
n genus referant; alii à Ca-
o Magno illud repetunt; alii
Carlomano, cujus filiam Wi-
hindus ille Saxonum Prin-
s, duxerat in uxorem. Certe *Schiop. in Stem. Auſtr. Guilliman.*
Auſtriacorum origines inve-
taverunt, Capetinos ut Car-
gorum conſanguineos agno-
nt, & à ſancto Arnolpho di-
tum illorum ſtemma ſolent
ducere. Gallicos ſcriptores
etermitto, quorum tu fidem,
odio nominis elevares: unus
nium inſtar erit Ioannes Ro-
nus Pontifex, qui Hugonem
Abba-

Abbatem Regali ortum pro
pia teſtatur; Tu vero ut aucto
ratem defugias, Hugonem h
Roberti primi fratrem fuiſſe p
negas, & hac ſola moveris ra
ne, quod eo nomine, nec à R
ginone nec ab Aimonio uſqu
appelletur; quaſi illi, non Hi
riæ monumenta, ſed Genea
gias texere inſtituerint: C
niſi tibi glaucomate obducti
ſent oculi, in Chronicis Div
nenſibus legere potuiſſes Hu
nem illum Abbatem in Rob
locum tanquam illius fratr
ſuffectum fuiſſe. Hunc vet
Annales Abbatem vocant, h
eſt Dominum. *Abbates*, inquit S
degerus, *in antiquis Hiſtoriis*
ſunt Monachi, vel Religioſi, ſed Ba
nes Magnateſque ſeculares. & Aim
nius, *Carolus*, inquit, *ordinavit*
totam Aquitaniam Comites, Ab
teſ

ſe. Cæterum novimus quid
ſæ ſit cur veteres Hugonis Ca-
eceras conturbare inſtitueris;
irum tuum illis mendacio-
 inſtitoribus adjicere calcu-
voluiſti, qui nulla Veritatis
rentia, nullo hominum pu-
 ſcribere auſi ſunt, Gallicum
num ad Auſtriacos Gentili-
 jure pertinere, eo quod à
ovigiana ſtirpe clariſſimos
es atque genus repeterent.
oc egregium commentum
uperiore ſeculo *de Habspur-* *Valdeſius.*
, *ſive de vera & antiqua ori-*
domus Auſtriæ, monumenta
erunt, procul hactenus fa-
re juſſerunt; ſed nec illo-
eſt ignota vanitas, qui dum
quidquid vel ipſi commen-
t, vel ab obſcuris, nulliuſ-
nominis nec fidei auctori-
cceperunt, modo gratiam
à Prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

à Principibus ineant, quæ de iis
futura ſit exiſtimatio parum p
ſi habent: *Sed non eſt*, ait Sene
3. de Be- nef. cap. 28. *quod iſti nos decipiant, qui cum*
jores ſuos recenſent, ubicunque
cit nomen illuſtre, illico Deum
Varro apud D. Aug. de civit. Dei. 3. c. 4. *gunt*; quamquam Reipublica
terdum conducit, ut ſe viri
tes, etiam ſi falſum ſit, ex Diis
gnatos eſſe credant; quo ſci
animus velut divinæ ſtirpis f
ciam gerens, ad illuſtris famæ
cus aſpiret, & ad perennem
dem ex benefactis optime
ratam anhelet. Hoc unum
pereſt, Armacane, ut vetus
ſancti Valerici Oraculum in
bas, quo ille non ex Delp
Tripode, aut Pythica cortin
ex cæleſtis auræ afflatu cer
mus Vates prædixit, Regium
Nang. in Chron. peti ſtemma regnaturum *in*
manam hoc eſt in perpetuu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ro à præalto ſemine ingenita
ntis Virtus, tanta ſtirpis luxu-
coaluit, ut altitudine culminis
ſydera ferri videatur. Liveant
ſpani, jactent incendia; bella
bellis ducant, provocentque,
omnia velut ſigno dato per-
ſceant.

At genus immortale manet, multoſque per annos
Stat Fortuna Domus, & Avi numerantur Avorum.

XVIII.

e conatu Hiſpanorum ad Imperium unice obtinendum.

HIſpanos proferendi ſemper Imperii, quam præclari nominis avidiores
fruſtra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

fruſtra hinc Pyræneis Montibu
illinc Oceani æſtibus, inde Ty
rheni maris littoribus, Natur
ſolertis ingenio videmus incl
ſos. Vltro ſe porrigit præceps e
rum & interminata Cupidita
quam nullum mare arcere, nu
juga ſubmovere poſſunt. Perp
tua illis cum clauſtris ſuis pug
eſt; nec præſcriptis unquam ſe
nibus tenent quos ſolò gladio
haſta metiuntur. Alios omnes
mites oderunt; & inter infæli
ambitus, inexplebiliſque mag
tudinis tormenta, illicitum
tant habere vicinum. Creſcit
dies habendi fames, & para
ſitim quæ hactenus parta ſunt
ritant, nec alium potentia qu
impotentiam finem habet.
ſatiabili vaſtoque animo fer
tur pene extra ſydera; per ſq
lentes arenarum tractus,
to

oſtas vehementiſſimo ſolis ap-
ulſu Regiones, præ æterno fri-
ore rigentes plagas. Fortunam
nagnarum rerum diſpenſatri-
em ubique tentant, triumphos
egum meditantur, & ſuperba
ontentione ad immodeſtum il-
ud Orbis Imperium, niſi Superi
nmani voto deſint, graſſantur,
que innituntur: Scilicet hoc
enrici Cæſaris effatum animo
nbiberunt, *Mundum duobus ſoli-*
s non poſſe regi, nec orbis Chri-
iani incolumitatem ſtare, niſi
ſet unus ad quem omnia refer-
ntur, cujus Imperio omnes de-
incti eſſent, illiuſq; voluntati in-
unctanter obtẽperarent. Quod
utem ille fando uſurpaverat, il-
us Poſteri per tot Innocentum
inera, tot Civitates everſas, tot
egna direpta, tot terras evaſta-
s, ingenti ſpiritu perficiendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſuſceperunt. Quid enim aliud
Albertus ille Auſtriacus animo
concipiebat, cùm apud ſummum
Pontificem Bonifacium nihil non
movebat, quo Cæſareum faſti-
gium Genti ſuæ velut adſcripti-
tium fieret, eique perpetuo quo-
dam vinculo innecteretur; ne
in poſterum imperaturus omni-
bus, ab omnibus eligeretur?
Quid aliud agitabat Maximilia-
nus Imperator, cùm Auſtriacæ
domus nobilitatem ad Romani
ſanguinis ſtirpem referebat, per-
ducto ſtemmate à Perleonum fa-
milia, quos ad Apſpurgum con-
ſediſſe ferunt? *Hinc evenit*, inquit
In Elog. ſub eff. fig. Maximil. Iovius, *ut facile credamus Auguſtam
hanc Imperii Romani dignitatem, ad
Auſtriacos Principes, quod Romani
ſint generis, fatali quodam jure per-
veniſſe; quando jam pridem aboli-
ſit militaris acclamationis conſuet-*
d

do, qua Imperatores olim in caſtris fiebant, & ipſa etiam ſeptem Germaniæ Procerum ſuffragatio penitus obſoleſcat; toto ſcilicet hoc honore per manus præpotentium Cæſarum tradito, confirmatoque; qui jam altas egerit radices, ut in una Familia non dubiæ hæreditatis, nihil interciſa ſerie, decentius atque ſtabilius refloreſcat. Hæc ille, cujus probatur ingenium, fides infamatur. Quid autem aliud tanto tumultu per anxios ancipiteſque labores quærebat Carolus ejus nominis Quintus, cum per univerſum penè orbem maximè atrox ac diuturnum bellum ſpargeret, Civitates Civitatibus, Provincias Provinciis, Regna Regnis, velut linum lino conecteret, junctiſque demùm immineret Principibus, quibus non dominari inſtar illi ſervitutis erat?

Quid aliud pollicebatur hæc ſuperbiſſimi faſtus inſcriptio, quæ Mediolani omnibus patuit oculis? *Philippo II. Regum maximo, Hiſpanico, Africo, Indico, Belgico, Pio, omnium gentium parenti, divino numine electo, ad ſeparata omnia Imperia congreganda.* Quid aliud innuunt Catholici Regis inſignia, in Prętorio ſancti Dominici, quæ Vrbs eſt Hiſpaniolæ, in hunc erecta modum, ut ſubjectus iis terrarum orbis ſpectetur, cum hac epigraphe, *Non ſufficit orbis.* Scilicet Hiſpanus orbi magnus eſt, ſed Hiſpano orbis anguſtus eſt. Quid aliud poſt arma tentata, & commune ubique otium interpellatum, venales eorum exarant calami, qui vel ipſam Theologiam, tam ambitioſi ſtudii ream efficientes, non verentur aſſerere, Decretalem illam,

lam, qua Innocentius III. do-
cebat, *Non ſanguinis propagine, ſed* *Vabide.*
Principum electione derivari culmen *de digr*
Imperii, & abſurdam eſſe, & Di- *Reg. Hiſpan*
vinæ legi repugnantem, quæ
ſcilicet Hebræorum Imperium
ſolis Davidicis addixerat Prin-
cipibus? Quid aliud æruſcato-
res quidam Harioli deſpondent,
cum affirmant, Regem Hiſpa-
niæ, modò auſu Fata aperire
voluerit, toti orbi ducentibus
& aurigantibus ſtellis domina-
turum? Quid aliud denique,
ſive vi, ſive tecto aſtu moliuntur *Comeſt.*
illi qui proferre potentiã, quàm *de con-*
pace frui malunt; qui publicæ *vict.*
Libertati, omniumque fortunis *Plane*
inhiant: qui Concordiam, qua *ann.*
Chriſtiani orbis ſocietas fulci- *1603.*
tur, ſcindunt & diſſipant, novaſ-
que ſemper ad bellum alendum
aperiunt occaſiones? Vnus tan-

tùm illis obex eſt, fertiliſſima hominum genitrix Gallia, quæ luxuriantem eorum, ac Superbiæ pennis altius evolantem Fortunam cohibet, adeptaſq; palmas in manibus infringit. Hæc nimirum quaſi Arbitra Gentium, in medio Europæ ſinu ſedens, cunctorum arma Principum ad nutum jungit, dividit, temperat; modò impotentem graſſantium in vicinos ambitum compeſcendo, modò Iuſtitiam imbecillium validè juvando: Ita nempe à fronte terret Italos, à tergo Britannos frænat; ſiniſtrâ Germanorum furorem coërcet; dextrâ verò Hiſpanis gladium oſtentat. Agite dum, & ſanioribus acquieſcentes conſiliis ſaga exuite, ferrum vaginæ reddite, pacem colite, veſtræque Fortunæ terminos tandem ſtatuite. Mutat illa

fidem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

dem : fallaciſſimi ſunt illius
utus : quos blanda effert, in-
ſta dejicit ; & quam perpeti
avore aſpirantem ſenſiſtis, ad
ltimum fatigata, quantumvis
am preſſis manibus teneatis,
emeritati veſtræ non ſufficiet:
Quod ſi extremum hoc obſe-
uium ei non eſſe remitten-
um cenſetis, omnino reputa-
e Deum, cui humanæ artes
int impares, vindicem habere
oculum, & potentiam ſcelere
quæſitam haud eſſe diuturnam.
Grandius hoc veſtrum inceptum
milè quondam Alexandro ceſ-
it : magno Romanis conſtitit,
neque his contigit : qui enim
obſecundante rerum ſucceſſu
nimis exultant, fœlicitatis ſuæ
ponſorem inter mortales nul-
um qui fallere nequeat, nanci-
ſcuntur. O vos fœlices, ſi intra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

vos tantùm fœlices eſſe voluiſſetis; tutior quippe illa eſt potentia quæ viribus ſuis, atque cupiditati modum imponit. Videte ergo, ne dùm Imperium quæritis, amittatis.

XIX.

De ritè conceptis Chriſtianiſſimi Regis fœderibus.

MInime quidem mirum eſt, ſi fœdera quantumvis ritè ſanctèque concepta, & liquidis Auſpiciis ſancita, damnent illi qui ruptis omnibus Humanitatis, & Amicitiæ fœderibus, communem orbis Chriſtiani pacem non deſinunt interpellare. Ignorare quippe volunt, quantum fœlicitatis rebus

affe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

afferant finitimorum Regnorum opes inter ſe conſentientes, quamque benè civilibus his vinculis Reipublicæ cohæreant, & adverſus ſubitas hoſtium incurſiones inſtructiores ſemper ſint atque munitiores. Tolle ab his hæc tranquillitatis propugnacula, hæc ſalutis præſidia, quid erunt illæ niſi onus, & præda, & facillimus ſanguis? Nullum certè tàm potens eſt, tamq; firmum Imperium quod non intercidat; nulla tàm fulgens Sceptrorum Majeſtas quæ non exoleſcat, ſi mens illa ſocietatis, & animorum armorumque conteſſeratio ſubtrahatur: nullum è diverſo Regnum tàm infirmũ ac labans reperitur, quod non ſociale fœdus contra ſævientem Fortunam advocatum, muniat atque ſtabiliat. Hoc unum porrò, Arma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

cane, te macerat; quod Principes Potentatuſque non pauci, Majeſtatem Gallicam comiter colentes, ab Hiſpanorum injuriis & invaſionibus liberali manu aſſeruntur. Hinc tua vociferatio, & in Chriſtianiſſimi Regis æqua Fœdera male-ſana declamatio, tanquam nullo ei jure liceat cum his qui à vero dogmate devii & alieni ſunt, armorum & amicitiæ inire ſocietatem. At hoc facilè non perſuadebis, tametſi Hiſpanica omnis Suada labiis tuis inſeſſitaret; maximè cùm hæc noſtra Fœderum vincula, nec à Naturæ legibus, nec à divinis aut humanis abhorrere nobis compertum ſit. Enimverò ſi de jure naturali quæritur, ſuadet id vita, ſalus, patria, ſociorumque incolumitas, quibuſcunque armis, nullo admiſſo Religio-

nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

is diſcrimine,propugnentur;aut uaſſatum Imperium exteris et- m ſubliciis, ſi alia deſint auxi- a, ſuffulciatur. Sed & hoc ha- et humanæ Naturę communio, t ad omnibus benefaciendum, utuamque opem, cùm rei ne- eſſitate, tùm pulchritudine nos vitet, atque pelliciat. Sic ni- irum antequam Lex antiqua lapideis paginis fuiſſet exara- , viri ad unguem Divinæ ma- us facti, Abrahamus cũ Eſchol c Aner, imò & cum impiis So- omitis; Iſaac cum Ochozath c Phichol; Iacob cum Labane dolorum veneratore, æquo fœ- ere in amicitiam & ſocietatem eſcenderunt. Neque verò jus lud naturale lex divina in tuba ova promulgata circumſcripſit, ut abrogavit. Nam & inter He- ræos & Ægyptios, Davidem

&

& Achidem, Salomem & Hiramum Tyriorum Regem, Ioſaphatum & Ochoziam, Aſam & Bendadum, Machabæos & Romanos, fœderum nexus interceſſiſſe legimus. Coruſcante demum, ac ſe per terrarum orbem diffundente Euangelio, cum divinæ humanæque Naturæ interventor Chriſtus, huic ſe noſtræ mortalitati effuſiſſima quadam & inexhauſta liberalitate profudiſſet, Beneficentiam utique in quoſvis homines non modò liberam reliquit, ſed præceptis innexuit, ad exemplum ſupremi Patris; *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*; dignos & indignos ſuis devincit Beneficiis, nec ullus tàm neglectus, tamque duro fato, & in pœnam genitus reperitur, ad quem innumera ex illo benigniſſimo fonte non

pro-

promanent. *Quandiu*, ait Tertullianus, *intra Iſraëlem erat Sacramentum, meritò intra ſolos fratres miſericordiam mandabat: at ubi Chriſto dedit gentes hæreditatem, & poſſeſſionem terminos terræ, exinde Chriſtus in omnes legem fraternæ benignitatis extendit, neminem excludens in miſeratione ſicut in vocatione.* Adeò nullis ſe Chriſtiana Charitas finibus includi patitur, quin potiùs omnes complectitur, Infideles etiam atque Profanos homines, quibus auxiliari, ac viciſſim in rebus difficillimis eorũ opem implorare nullo jure vetitum eſt. Idque olim Gentium Magiſter Paulus exemplo docuit, cùm ad Phariſæorum præſidia confugit, ut ſe à Saducæorum tueretur inſidiis; aut etiam cùm adverſus Fratres, ducentos ſatellites & ſeptuaginta equites infideles

omnes

omnes in auxilium advocavit.
Quid tu ergo Chriſtianiſſimum
Regem inceſſis; quid criminis eſ-
ſe cenſes, quod ſocia cum Hæ-
reticis contulerit conſilia? quod
certis legibus mutua promiſerit
auxilia? cùm enim id tutelæ at-
que ſecuritatis cauſa fecerit,

Iura fideſque valent.

XX.

De fœdere Aſæ cum Benadad.

CVm Deus exercituum, quem ſexcēta conſequuntur curruum millia, & igneæ Angelorum cohortes circumſtant, ad tuendam nominis ſui gloriam, nihil armis, nihil viribus indigeat humanis; nec

uſ-

ıquam magis quàm *in noſtra in-* *2 Corinth. 12.*
ınitate virtus ejus perficiatur; Quid
ırum ſi Aſam Regem gravi &
ıcenſa objurgatione Propheta
ıceſſiverit; non quod fœdus
ım Rege Syriæ percuſſiſſet, ut
ıſò arbitraris, ſed quod Deo
ıffiſus ad humana præſidia ſe
ıntuliſſet. *Quia habuiſti fiduciam* *2 Paralip. 16.*
ı Rege Syriæ, & non in Domino Deo
ı. Ac ne ingentem hoſtium
ıultitudinem ille cauſaretur,
ıodit illicò Divinus Vates, *Non-*
ı Aethiopes & Libyes multo plures
ıent quadrigis & equitibus, & mul-
ıudine nimia? & tamen cum Domi-
ı credidiſſes, tradidit in manu tua.
ıtque hic meminiſſe debueras,
ıebræos diſertiſſimas à Deo vi-
ıoriæ ſponſiones accepiſſe, ſi
ıegis tenaces atque retinentes
ırent. *Perſequimini inimicos ve-* *Deuteron. 28.*
ıos, & corruent coram vobis; quin-
que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

que de vobis centum alienos, & ce
tum de vobis decem millia: Cade
inimici gladio in conſpectu veſtro. I
iterùm, *Nolite timere, ne pavea*
hanc multitudinem: non eſt enim v
ſtra pugna, ſed Dei: *non eritis vos q*
dimicabitis, ſed tantummodò con
denter ſtate, & videbitis auxiliu
Domini ſuper vos. Quapropter cù
bello ſupra omnes Duces, max
mè inclytus Gedeon, trigin
duo militum millia adverſus c
tum triginta quinque hoſtiu
millia in aciem eduxiſſet; hoc a
Oraculo tulit reſponſum. *Mu*
tus tecum eſt populus, nec tradet
Madian in manus ejus, ne gloriet
contra me Iſraël, & dicat, meis vir
bus liberatus ſum. Cumque vigin
ille millia dimiſiſſet, iterùm re
ſponſum eſt. *Adhuc populus mult*
eſt, in trecentis tantùm viris libera
vos. Non itaque culpâ Rex A

vaca

cabat, qui cùm militarem ad-
naret expeditionem , in qua
on tam pugnandum quàm in-
candum erat, in humanis au-
iis ſpem repoſuerat; non, in-
am, illi fœdus cum Benadad
rcuſſum abſolutè crimini da-
m eſt: ſola eum diffidentia, non
ctio neque ſocietas reum ma-
feſtum effecit: Idque vel ex ea-
m ſacra Hiſtoria omnibus pa-
cet, qui animadverterint eun-
m Regem Aſam in Prophetæ
rehenſionem incurriſſe, *quod*
nfirmitate ſua non quæſiverat Do-
num, ſed magis in medicorum arte
fiſus fuerat; & tamen nemo ſa-
s dixerit, eum ob hoc ſolũ cul-
affinem extitiſſe, quod in ad-
ſa valetudine medicos adſi-
ntes habuiſſet : neque enim
edicina crimen eſt, quam ma-
o Dei munere in mortalium
ſalu-

ſalutem novimus eſſe compar-
tam; ac proinde non majorem
ex fœdere Syri culpam, quàm
ex quæſitis Medicorum auxil-
Aſia contraxerat. Age verò,
exquire quid cauſæ eſt cur Hi-
remias Sedechiam Regem o-
jurgaverit, quod fidem fœde-
cum Rege Babylonis initi feſ-
liſſet, cùm tamen nefas eſſet
lam cum Aſſyriis conflare ſoci-
tatē; ſcrutare quo jure Hiramu-
Regem Salomon ſibi fœdere
amicitia devinxerit, cùm f-
men Dei Eſaias in eos deton-
Eſai. 31.1. *qui fiduciam in Aegypto poneba-*
Adeò verum eſt in Decreto
cietatis ſanciendo ſola ſpect-
conſilia; quæ ſi honeſta ſunt,
ſocietatem quoque honeſta-
eſſe non eſt ambigendum. N-
ergo, Armacane, tuo indulg-
re ingenio: etſi enim Proph-
Aſa-

ſiam Regem arguerit & increpaverit, nunquàm tamen ex hac rei geſtæ ſerie rectè colliges ea eſſe damnanda fœdera quæ inter Chriſtianiſſimum Regem, & Hollandos Suecoſque ad mutuam ſecuritatem æquiſſimo jure intercesſerunt. Enimverò quamvis ille totam ſpem victoriæ in præſidio Magni numinis collocet, & humanâ majorem de cœlo vim haurire ſoleat; quia tamē, dignoſci poſſit an ſuſcipi bellum debeat, an etiam proſperè ceſſura ſit communis Martis alea, non datur hodie copia Prophetas accerſendi, aut admoto Ephod Oraculum conſulendi; aut ad exemplum Gedeonis triplex ſignum expetendi: magnis ſanè ille ſe periculis ſubjiceret, ſi feriatis manibus, ablegatiſque humanis auxiliis miracula expe-

expectaret, & Imperii tutela
omittens accuratis precibus ſ
peros defatigaret; maximè cu
hiſce temporibus nec Angi
propugnatores bellique Auſ-
ces expeditiones agitent, r
maria diſcedant, & mox in
reſoluta coaleſcant; nec nu
de die, columnæ de nocte p
eant; nec illibati ſyderum
nes de cœlo pugnent; nec
Imperium Ducis ſol in me
curſu repreſſus conſiſtat, ut
ctorias illuminet, eiſque gra
letur, *Obediente Domino voci*
minis.

XXI.

De fœdere Ioſaphati cum Ochozia.

Vetus fuit quæſtio, nec adhuc illius planè diſcuſſa eſt caligo, cur noluerit ummus rerum arbiter Deus, ut ſaphatus Claſſem ſuam cum laſſe Ochoziæ Regis Iſraël ngeret; cùm id tamen Saloni, qui Regem Tyri in navitionis ſocietatem admiſerat, ſquam crimini datum ſit. Rao diſparitatis hæret in Abyſſo perſcrutabili divinorum coniorum, quæ ignorando tanm intelligimus: hoc unum nſtat, Ochoziam qui ad conlendum Belzebub nuntios mirat, ut futuros præcerperet eentus, immenſum ſibi Numinis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

nis odium cumulaſſe: Vnde h
à Propheta decretorium jud
cium Ioſaphatus audire meru,
Impio præbes auxilium & cum
qui oderunt Dominum amicitia ju-
11. Paralip. 19. *geris*; Et iterùm, *Quia habuiſti j-*
dus cum Ochozia, percuſſit Domi
opera tua, contritæque ſunt naves. c
Sed non ideò improbata eſt h
ſocietas, quod Ochozias à ve
Dei cultu deſciviſſet, ſed pot
quòd Deo ſummè inviſus eſſ
& ab eo perpetuo damnatus i
fortunio: idque vel hinc evin
tur, quod nec Salomo, nec D
vid, ob conſimilem ſocietate
quam cum Infidelibus confla
rant, in invidiam aut in crim
vocati ſunt: unde colligere d
tur, non alia de cauſa inauſp
catum fuiſſe hoc Ioſaphati fo
dus, quàm ob animi vitium q
ipſe Ochozianæ culpæ ac lu
pa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

rticeps laborabat, nec non ob
viſam perfidi ſocii perſonam,
i Dæmonum Principi ſe man-
baverat. Et verò cum idem Io-
phatus Ioram Idolorum vene-
torem ſibi conciliaſſet, & cum
adverſus Regem Moab ſocia
nxiſſet arma, non ideò culpam
ſtinuit, quinimò juſtè ſanctè-
e coiiſſe, tum ex Eliſæi Pro-
etæ reſponſo diluceſcit, tum
ſubſecuto miraculo, quo illi
o fœderati Reges, favente cæ-
i victoriæ compotes, de hoſti-
s clariſſimos egerunt trium-
os; cujus diſcriminis non alia
oferri ſolet ratio, quàm quod
ram qui cultum Baal abole-
rat, illiuſque frementibus in-
ris confregerat ſimulachra, nō
què Deo exoſus erat ac Ocho-
as; aut etiam quod hac bellica
peditione, ſuum Ioſaphatus
age-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

agebat negotium, ne à ſolito e
cideret tributo, quod in poſt
rum pendere Rex Moab detr
ctabat. Cæterum, Armacar
quis te hominem Theologum,
ingenii culturâ perpolitum
rat, quando ut Ioſaphati fœd
in crimen vertas, Auctorem op
ris imperfecti ſub nomine Chr
ſoſtomi laudas, cum hic tam
Anonymus Matthæi interpr
Arianum ſe prodat, & ſuo pere
indicio; ut qui Sanctiſſimā Tri
dem, Impietatem triangularem
& Homuſiorum doctrinam, H
reſim audeat appellare: Qu
ſi rerum natura pateretur, &
illud aureum, ſapiens, beatu
vitales auras carperet, qua, De
bone, dicendi procella, quo ve
borum fulmine blaſphemu
adigeret Obtrectatorem, & æte
no mactaret ſupplicio? Eode

plan

plane quo olim Gainæ Ariani furorem repreſſit, audaciam fregit, illumque tandem, quamvis numeroſo militum ſatellitio ſuccinctum, Conſtantinopoli expulit, atq; vitam extorrem ſubire coëgit; tanta fuit inermis Chryſoſtomi pro Catholico dogmate armata eloquentia.

Theodoret. lib. 5. c. 52. Baron. anno 409. 42.

XXII.

De fœdere Machabæorum cum Romanis.

Nihil tam Sanctum, tam honeſtum, tamque decorum eſt, quod laſciviente calamo non vellices, & ex ſupervacuo laceſſas; Ecce magni Machabæorum Manes, à tot ſæculorum ævo, alto fruebantur ſilentio; cum tu eorum infeſtus me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

moriæ dicam illis ſcribere in animum induxiſti: atque cum tantos priſcæ ætatis Heroas ut Sanctiſſimæ Religionis Vindices, labefactati Sacerdotii Reſtitutores, Sacrorumque bellorum Duces imperterritos omnis loquatur Poſteritas, & inuſitatis laudibus cumulet, Res ab eis geſtas humanæ memoriæ captum excedentes ſacri recenſeant Annales, bella incredibili pietate ſuſcepta & admirabili virtute confecta memorent, percuſſumque cum Romanis fœdus ſignent, nec uſquam carpant aut incuſent; tu ſolus Cenſoriam aſſumens virgam, tanquam metu fractos inceſſis, *diffidentiæ torporem* objicis & ex illo die graviſſimis eos calamitatibus involutos fuiſſe deblateras; cum poſtmodum Iudas Machabæus in ipſo Marti

com

complexu ceciderit, Ionathas inſidiis conflatam obierit mortem, ac tandem Simonem Ptolemæus gener oppreſſerit, & omnes immaturo fato prærepti fuerint. Verum authoritatis præſtandæ nomine Rupertum ſiſtis & appellas, qui Machabæanum fœdus, velut inhibentibus Auſpiciis, & vetante lege ſancitum, minus probare viſus eſt. At quæſo, quo in Albo hæc Lex perſcripta eſt? ex quibus Tabulariis deprompta? quo ſanciente Legiſlatore edita, promulgata? Certe ſi hanc protuliſſet Rupertus, confecta res foret. Erat illi forte in animo Moſaica illa ſanctio, qua fœdus amicitiæ cum Gentibus prohibetur: Sed enim quænam iſtæ Gentes? num forte Romani, aliæque ſine ullo diſcrimine Nationes? Minime quidem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſed illi tantum ſeptem Populi, qui promiſſam terram incolebant, Hethæi nimirum, Gergezæi, Amorrhæi, Cananæi, Pherezæi, Heveæi, & Iebuſæi; quos omnes Deus judiciali ſuo turbine percuſſerat. Nulla ergo lex Machabæis obſtitit, quo minus illi deſultoriam Fortunæ viciſſitudinem perpendentes, Romanos rerum dominos, quorum ingens fama per omnes terrarum orbis partes pervaſerat, ad armorum ſocietatem prolectarent, atque perducerent. Etſi enim Iudas obverſatum in ſomnis Hieremiam, aureum ſibi porrigentem gladium conſpexiſſet; quia tamen periculoſiſſimum ab Antiocho inſurgebat bellum, Legatos Romam mittendos, non ipſe tantum, ſed univerſus Iudæorum Populus cenſuit. Agnoſce

Lega-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Legatorum verba. *Iudas Machabæus, & fratres ejus, & populus Iudæorum miſerunt nos ad vos, ſtatuere vobiſcum ſocietatem, & pacem, & conſcribere nos ſocios & amicos veſtros.* Vt hinc Romanorum fratres vocati ſint Iudæi; non quod ut Lacedæmonii ab Abrahamo Gentile decus ducerent, ſed ut ſumma & arctiſſima inter eos amicitia ſignificaretur. Itaque ſi hac in re peccatum fuerit, non hæc Machabæorum tantum culpa fuit, ſed omnium Iudæorum, qui tunc tamen temporis Moſaicæ legi pertinaciſſime hærebant, quod te vel Thargum Chaldaicus poterit edocere. *Erat*, inquit, *cœtus Iſrael ſimilis Columbæ perfectæ, & ſerviebat unanimis Domino ſuo, & comprehendebat Legem, & laborabat in Verbis legis, & puræ erant Iuſtitiæ*

 ejus,

ejus, ſicut in die quo egreſſus eſt de Ægypto; & dixerunt Nationes, quam ſplendida ſunt opera populi hujus ſicut mane! pulcherrimi ſunt juvenes ejus ſicut Luna, & pura ſunt merita ejus ſicut Sol. At vero poſt ictum cum Romanis fœdus, præcipiti morte conſumpti ſunt Machabæi; & quam glorioſiſſime vitam degere poterant, acerbis nimium & properantibus fatis finierunt; An ergo immaturum eorum vocas interitum, qui cœlo maturi nominis ſui famam immortalibus invicti animi monumentis extenderunt? Certe ſi hos metiri, non ætatis, ſed honoris ſpatio; ſi non annos, ſed partas victorias & triumphos numerare; ſi vim & pondus inclytæ virtutis æſtimare; ſi denique brevitatem vitæ rerum geſtarum magnitudine compenſare velis; invenies eundem

dem illis Fortunam finem quem Gloriæ ſtatuiſſe. Quamquam vero non hæc Machabæorum vita putanda eſt, quæ corpore ac ſpiritu continebatur, ſed illa potius, quæ per alti decoris tramites emenſa nobile ævum, viget memoria, quam Poſteritas alit, & ipſa intuetur æternitas: placeant illi tibi qui Naturam explentes, à vita, tanquam ex arbore, non per vim evulſi, ſed ſuo tempore ipſa maturitate collabuntur. Maluerunt Machabæi in ipſo veſtigio invictæ Virtutis, & inter arma, quam inter roſas expirare; hoc nimirum eſt magis glorioſe de rebus humanis migrare quam mori, quando mortalitas potius quam vita finitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XXIII.

Vtrum Franciſcus I. Rex Galliarum, cum Turcis fœdus inierit.

NVnquam Fama per traduces linguarum & aurium ſerpens, ad liquidum perducitur; cui ſcilicet malignitas initiũ, credulitas autem incrementum dare ſolet; Cumque illa *tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri*, tandiu vivat quandiu non probat, & id ſolum facere poſſit quod neſcit; hinc fit ut Fama & Calumnia duo ſibi mala cognata videantur: ut jam mirari deſinam, ſi hactenus iniqua hæc occupavit & pervagata eſt opinio, Franciſcum Regem Galliarum, fœdere utrinque ſolenniter ſancito, hoſtium imma-

mmaniſſimum Solymanum non
ibi tantum cōſociaſſe, ſed etiam
n Chriſtianorum finium depo-
ulationem evocaſſe; quam tu
orro falſam criminationem ad
ummam uſque invidiam exag-
geras, inſtruis, adornas: Sed
nim *utri creditis, Quirites, Æmi-*
io Scauro, an Vario Succronenſi? V-
ri, inquam, fides adhibenda eſt?
ibi ne Hiſpanicæ mercis inſti-
ori? an Regi maximo, nemini-
que ſecundo? Ipſe enim in Apo-
ogetico, & in literis ad Princi-
es Germaniæ datis, aſſeveranter
rofitetur, *Se neque Turcarum Re-*
em excitaſſe, nec cum eo ab adverſa-
iis excitato ſtatuiſſe rerum ſuarum
ummam conjungere, aut ſocieta-
em ullam niſi commerciorum, & pu-
licæ quietis cauſa contrahere, cujuſ-
nodi eſſet Venetis, Polonis, & aliis
onnullis; pacem tantum ab hoſte for-

midoloſiſsimo oblatam minime repudiaſſe, quam ſi ultro appetiiſſet, tamen conſilium ſuum difficillimorum temporum ratio, & ingens Caroli Cæſaris ambitus debuiſſet comprobare, quando non ad exſcindendam Sacroſanctam perſuaſionem, ſed propriæ ſalutis, Gallicique Imperii tuendi ſtudio, ad ultimum hoc auxilium compelleretur: Et vero, quis alius quam ipſe Cæſar, diram & immanem Turcarum Gentem, in Chriſtianam Rempublicam elicuit? cum hæc impetus ſuos in res Perſicas converteret, & animum potius ad Orientis opes, quam ad Europæ vires adjiceret; ſed capta Tunetis, Ionolkēſis arcis expugnatio, Tranſylvaniæ invaſio, Luſitanæ Claſſes Arabici ſinus navigationes intercludentes, aliaque belli detrimenta Solymanum gloriæ potentiæque avidiſſimum ſubinde

ſtimu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſtimulabant, ut terra mariq; Chriſtianis extremum comminaretur exitium, & infeſta ſigna in eorum ditiones inferret. Hæ cauſæ fuere alti concepti odii, quod mox contracto internecino bello erupit, ut acceptas à Cæſare, Ferdinandoque injurias, ultore gladio vindicaret; Cumque illi ad eum ornatiſſimam Legationem tranſmiſiſſent, nihil plus quam ſuperbi reſponſi Decretum tulere, Alienum eſſe ab Ottomannorum inſtitutis eos in gratiam amicitiamque recipere qui eorum nomini injurias intuliſſent; cæterum ultimam hanc eſſe pacis conditionem, ſi Vrbes, Arces, Oppida continuo redderent, ac in poſterum Pannoniæ finibus abſtinerent. Sed neque alia de cauſa Barbaruſſa mare Liguſticum infeſtavit, quam ut arri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

arridentis Fortunæ ſecundas vices expireretur, & Andream Auriam Cæſarianæ Claſſi Præfectum qui ſecum de rei navalis gloria certabat, conficeret & opprimeret: Imo vero cum Barbarus ille ſe paratum fore diceret, ut expedita & ſtrenua excurſione totius Hiſpaniæ Oram ſummis ferro atque igne illatis detrimentis, à primo Pyrenæi Promontorio ad Gaditanum uſque fretum horribili populatione pervaſtaret; id conſilium Rex, omni ſua Fortuna major & excelſior, quamvis amiciſſime oblatum, continuo repudiavit; nec in hoc tam atroci facto aviti ſui cognominis oblitus eſt; ad cujus ſcilicet dignitatem tuendam, adornanti Cæſari adverſus Solymanum expeditionem, expeditas ille copias, & opes, magnique
roboris

oboris auxilia in periculi ſocie-
tē conſtantiſſimo obtulit ani-
o, ipſe etiam, ſi ita videretur,
um Chriſti vexillis & victrici-
us Liliis à Caſtris non abfutu-
s. Quid ergo veterem de tan-
Rege calumniam recoquis?
ur ſic tranſverſus raperis, ut in
enam icti fœderis ſtirpem il-
s exaruiſſe dicas? Certè ſi Fi-
m natu majorem inter prima
erceptum incrementa, & ter-
tantum monſtratum, graviſ-
bè luxit, feraleſque Cupreſ-
ſi laureatis ſuis poſtibus in-
xit, qui atroci toxici violentia
um ſuſtulerunt, & non matu-
adhuc fata præcipitaverunt,
tioſiſſimos Hiſpanis extitiſſe
epimus. A Franciſco I. ad
nricum ejus nominis ſecun-
n gradum facis, eumque
ni Gallici decus imminuiſſe com-
miniſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

miniſceris ; Homo inconſp
cte,Ideone putas invictum Prin
cipem , ac inter omnes bello in
clytum , parta virtute Majoru
decora imminuiſſe , quod apu
Rentinum collatis ſignis , æqu
in campo , & juſta acie Car
Cæſaris copias fuderit , ingent
illius repreſſerit conatus, effec
ritque ut illud ſuum invidioſu
Vltra , Metis tandem metam i
veniret?an quod libertatem Ge
manicam invictis armis vindic
verit ? Bononienſem ditione
& Caletum receperit? Angliſq
deturbatis Scotorum Regi
ſceptrum judice Marte aſſeru
rit? Dignus certè qui diuturn
hominum recreator , quàm n
turior cœlitum comes eſſet: Se
ô miſerandam ſummi Regis ſo
tem ! ô ineluctabiles , nec u
virtute mutabiles Umbrarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

es! In ipſis ludicris decurſioni-
us, in ipſo Fortunæ obſecun-
antis complexu, mortalitatis
iæ teſtimonium ferre coactus
t: Tu verò, Armacane, huma-
æ conditionis immemor, non
lius tantum, ſed & Franciſci II.
: Caroli IX. ſepultos cineres
ſectaris; fruuntur illi tamen
ma quam meruerunt, gloria
iam expetiverunt, fœlicitate
iam exquiſiverunt, æternitate
iam concupiverunt. Sed nec
dhuc tuum in Chriſtianiſſimos
eges pleniſſimè exſaturatum
t odium. Henricum illum glo-
ı celeberrimum, qui ſpectata
rtute Magni cognomentum
bi peperit, iniquis rumori-
is aſpergis, & ad illius tumu-
m tanquam Buſtuarius Gla-
iator improbe decertas: Hic
rei ſeculi conditor, explica-
to

to virtutis ſuæ fulgore, rebus an-
tiquis, olim ſanè vix credibili-
bus, admirationem detraxerat, &
omnium ferè retrò Principum
famam obſcuraverat. Sed no-
luit rerum arbiter Deus, fulgen-
tiſſimum hoc Imperii Gallici ſy-
dus in noſtri tutelam diutius per-
lucere: quinimò ſumma imis mu-
tans, ſuperbos triumphos fune-
ribus vertit; & quem Phalan-
ges armatæ ſuperare nequieran-
portentoſi Parricidæ ſuſtulerun-
inſidiæ. Quid tu homunçio, e
Promethei figlina deductus
Cœlum invadis, ac velut nov-
Sophonias profundiſſimam d-
vinorum conſiliorum caligine-
Iob. 40. ingrederis? *Nunquid in arcanis D-*
ambulas, & apertæ tibi ſunt por-
mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti
Imò nunquid aliquando à Pr-
pheta didiciſti, unum eſſe
co-

elis Deum. *Qui dat ſecretorum* *Iſai.*
utatores quaſi non ſint: Sanè
on idcirco illi placuiſſe eos pu-
ndum eſt, qui decurſis vitæ
atiis, inter ſuorum complexus
ciferaſque medicorum manus,
premos anhelitus & alloquia
nunt; hoc enim multis Im-
s uſuvenit, nec è diverſo
icos Principes religioſiſſi-
s, de rerum culmine à Sica-
audivimus dejectos. *Quid in-* *D.Hier.*
Reges Ioſia ſanctius? & tamen
gyptio mucrone interfectus eſt:
ce cauſam ab Ambroſio, Va-
iniani obitum deplorante.
or, inquit, *ne aliqua noſtri*
ſione raptus ſit. Scilicet in hoc
arum orbis viridario, ſum-
illе Naturæ parens ſeduli
tulani vice fungens, Re-
quoſque Flores tùm carpit,
evellit, ipſamque vernam
pur-

purpuram collapſis foliis ma
ceſcentem, & ad Auſtros exp
rantem inducit: neque ideo N
tura inceſſenda eſt, nec Fata ol
jurganda, nec Superi invidiâ pu
ſandi, quod Immortalitatē ſua
nobiſcum noluerint partiri; ſ
in his pium ac ſalutare eſt Re
vatis effatum. *Tacui Domine, q*
feciſti.

XXIV.

De fœdere Chriſtianiſsimi R gis cum Hollandis.

ÆQuiſſima illa vox
jus in primis Nat
præ ſe ferens, *Redde*
debes, ne fortè duæ res, quibu
vita humana nihil pulchrius
gratus ſcilicet animus, & Be
fici

tium, corrumpantur. Sanè cum
anci ſummis olim difficultati-
s laborarent, & fatalis quæ-
m bellorum lues ubique in
llia pervagaretur, eos Hollan-
quantis potuerunt ſubſidiis,
que ſummiſſis copiis opportu-
ſimè juverunt; amicam illis,
elemque operam ſemper præ-
erunt. Hos itaque Galliarum
ges firmiſſimo fœderis vincu-
ſibi devinxerunt, etiam ante-
am illi ex novarum rerum mo-
us Libertatem reſpexiſſent,
aque Batavia in ſpem excu-
ndæ ſervitutis erecta, ſecuri-
s publicæ deſiderio exarſiſſet.
r ergo Chriſtianiſſimo Regi
trepis, ſi veterem amicitiam
Majorum ſuorum dextris fir-
tam religiosè colat ipſe? Si fi-
n, eximium Principum decus,
acitum in pectore numen, con-
ſtanter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſtanter ſervet? Scimus autē qu
bilem tibi moveat; nempe qua
diu hæc duratura ſunt fœder
infirmiores Hiſpanos futuros
ſe proſpicis, quàm ut ſimul o
nes poſſint opprimere; nihilo
illis Fortunam optatius præſt
poſſe arbitraris, quàm Fœde
torum diſſociationem; ut ſic
minutis viribus, ad ſtrages
gulorum gradum affectent, l
lum in eos majore compen
capeſſant, ac minore tandem
gotio conficiant. Sed arctior
animorum conſenſio, quàm
eam Hiſpanica dividia, vel
Promethæi jugi herba poſſit
jungere. At rebelles ſunt H
landi, perduelles, atque legi
Imperii percontumaces de
ctatores. Equidem Rebellio
Galli non foverunt, nec illis
quam authores extiterunt
C

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

nſilia vindicandæ Libertatis
licarent, aut jam partam à
joribus tanto ſanguine ſe-
itatem armis tuerentur : de-
cionis caput, cauſæque ex
lta Albani Ducis ſuperbia
delitateque acceptæ referun-
t, cùm haud facilè Libertas
yranni miſceantur. Hic ni-
nùm fuit Hiſpanicus Sylla, qui
Belgio nihil reliqui fecit ad
nanitatem; ubi ſcilicet con-
atâ nobiliſſimæ Gentis glo-
urbes rapinis exinanibat,flo-
Nobilitatis gladio Carnifi-
demetebat, cruore non ſa-
atur, omnibus ſupremæ la-
xcidium denunciabat,flam-
crucibus, aquis, aliiſque
arum ingeniis, per viſcera
ublicæ ſæviebat; & cùm ſu-
ſtratorum corporum cædes
ans & alacer inſiſteret,hæc

erat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

erat crudelis illius jactantia, ſ[illegible]
pra octodecim Belgarum mil[illegible]
ſe tantùm Lictori contrucida-
dos tradidiſſe. Accedebat faſ[illegible]
tantus, non modò ut vocem, [illegible]
ne vultum quidem liberum [illegible]
juſquam ferre poſſet, nec ull[illegible]
ſocietatis humanæ commerci[illegible]
cum hominibus intercedere [illegible]
teretur. Quibus tandem eò v[illegible]
tum eſt, ut Belgæ ruentis pa[illegible]
fragore excitati, cum aliter [illegible]
catiam animam retinere, at[illegible]
hanc lucis uſuram oculis hau[illegible]
non poſſent, coactis viribus[illegible]
victæ neceſſitatis, extremam[illegible]
fenſionem, quam ratio doc[illegible]
mos gentibus, & Natura [illegible]
brutis animantibus præſcri[illegible]
cum ingenti animorum pert[illegible]
cia ſuſciperent. Hoc initiu[illegible]
Batavia fuſi ſanguinis, gla[illegible]
rumque impunitatis fuit [illegible]

æ antea diſcordiæ conditio-
bus ſanari erant ſolitæ, ferro
judicatæ ſunt; ſed nunquam
ffragantibus aut juvantibus his
i ad Imperii Gallici guberna-
la ſedebant: Imò cùm fœde-
æ Provinciæ per Legatos Lu-
tiam miſſos Henricum III.
teſtarentur, ut rerum Batavi-
rum arbitrium ac regimen ſuſ-
eret, hunc ille ſupremum
norem magno animo detre-
vit, exemploque docuit, ma-
eſſe Imperium faſtidire quàm
ipere. Sed nec Hollandos alia
cauſa Henricus Magnus vo-
demereri, quam ut belli pe-
la & offenſiones à ſuis arce-
atque propulſaret. Cum iiſ-
n, non ut Rebellibus, ſed
quam liberis Ludovicus Rex
riſtianiſſimus ſocietatem &
citiam non tàm redintegra-
vit,

vit, quam continuavit. Cur eni
pro perduellibus haberet illo
quibus ut ſubveniret, afflict
que pacem impetraret, Maxim-
lianus Cæſar fratrem ſuum
Hiſpaniam tranſmiſit; quoru
cauſam Matthias Archidux
Comitiis Wormatienſibus, tu
interceſſione, tum armis ac-
rime defendit; ad quos etia
Imperii Germanici Ordines n
ſemel ſolennes decreverunt I-
gationes? Quidni ergo liber
arbitremur eos qui pro libe
habentur? quorum Legatos R-
publicæ ſuæ libertatem, dig-
tatem, indolemque referent
cæteri Principes & agnoſcu
& admittunt? Quibuſcum
nique vel ipſi Hiſpani æquo j
conveniunt, atque paciſcunt
Non ignotæ tibi ſunt iſtæ in
ciarum perſcriptæ Tabulæ; S-

niſ

Sereniſsimi Archiduces profitentur, tum ſuo, tum Catholici Regis nomine, ſeparatos agere cum ordinibus Provinciarum fœderatarum, tanquam liberas eas agnoſcentes, in quas nullũ Dominii jus prætendant. Tu verò hoc ita diluis, ut dicas adverbium *Tanquam*, ſimilitudinis eſſe, non veritatis: adeo non Græculos tantum, ſed etiam Hiſpanos ſemper torſit Verbi controverſia. Voces captant & aucupantur, orationis decipulas parant, & ubique inſidias, etiam in ſyllabis tẽdunt. Eo planè ingenio in Philippi Lantgravii deditione Leges ita callide perſcripſerũt, ut unius literulæ apice ſuppoſito, fuerint immutatæ, ut jam Timantem illum pictorem, qui in Tabulis ſuis plus ſemper intelligebat, quàm pingebat, ęmulari videantur. Nos autem non ſcrutamur

quid arcano mentis ſenſu Sere-
niſſimi voluerint Archiduces:
ſed ſive id voluerint eſſe quod
ſcripſerunt, ſiue aliud aliquid co-
gitaverint, hoc tamen ſcripſe-
runt, *Dominii jus nullum in fœdera-
tas Provincias prætendere, eaſque tan-
quam liberas agnoſcere.* Pergis verò,
& cùm plus ſtomacho quam
conſilio dare ſoleas, inveheris in
fœdera cum Hæreticis homini-
bus percuſſa, quorum bellum
adverſus Regem Hiſpaniæ ſuſ-
ceptum. *Initio, medio, & fine Re-
ligionis eſſe contendis.* Et nos qui-
dem dolemus quod ab Eccleſia
conſortio diſceſſerint Hollandi
Vtinam priſtini pertæſi erroris,
TabernaculumDei non divide-
rẽt, & ad veræ religionis contu-
berniũ ſe reciperent! Illis autem
non ut Hæreticis & à Fidei do-
gmate abhorrentibus, ſed u
amicis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

amicis, & vicinis, & confœderatis auxilia ſubmittimus; In hoc enim Chriſtianæ Reipublicæ ſalus agitur, in hoc publici ſtatus quæritur incolumitas; nec ullus eſt adeò rerum ignarus, qui neſciat bellum Hollandicum ex ſola violatione protritæ Libertatis exarſiſſe; de qua ſi conveniſſent Hiſpani, nullam Religionis curam erant habituri Sed neque fœdera, quæ à nobis ſunt cum Hollandis, Rei Chriſtianæ quicquam offecerunt; imò non minimum profuerunt, cùm ſic ſemper coivimus ut Religioni Catholicæ quàm fieri potuit maximè conſultum voluerimus. Equidem Henricus Magnus illud impetravit, ut in Pagis Hollandicæ ditionis, in Brabantia nihil fieret, quo minus Dei cultus, uti hactenus fuerat, non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

interrupta Religionis auctoritate permaneret: quibus accedit nō paucos in cōfœderatis Provinciis degere Catholicos, quorũ ſalus & Fortunæ Hollandorum ſalute continentur; nec aliunde quàm ab incolumi patria cuncta vitæ commoda atque ornamenta ducunt aut expectant; ſatius autem eſt Hæreticis prodeſſe propter Catholicos, quam Catholicis deeſſe propter Hæreticos: De cætero, Armacane, Gracchos mihi Hiſpani tui videntur æmulari, qui cùm primi tumultum concitent, primi etiam illum ſolent accuſare. Neque enim in Belgio tantùm turbas miſcuerunt, ſed & Philippus ejus nominis ſecundus, ut Batavicam Ducis Alenconii expeditionem averteret, ſtipendiariâ pecuniâ Oſcitanos Hęreticos, Bearnenſes, Foxenſes,

atque

atque Bigerrones juvit; & Henrico IIII. cùm non adhuc rerum Gallicarum potiretur, ſuppetias laturum ſe pollicebatur; idque in ſumma Religionis conturbatione, cùm jam diræ Superſtitionis venenum ad animos potentium pervaſiſſet; atque his inſiſtens veſtigiis Philippus eo nomine quartus, ad fovendam & alendam factionem cum Duce Rohanno, eo pepigit animo, ut cùm attritæ mutuis cædibus atque jacturis Gallorum vires forent, ipſe poſtea deletis reliquiis, alienas calamitates ſuum efficeret compendium, & erecto Trophæo ſibi non dubiam Gallorum diſcordiâ victoriam pararet. nec adhuc Hiſpanis immanis hæc voluntas deeſt; ſed facultas: debilitatus coluber venenum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

quidem habet, ſed non poteſt exerere.

XXV.

De fœdere Germanico, & Suecico.

TAnta fuit ſemper inter Francos & Germanos animorũ germanitas, tamque fraterni nominis ſancta & inviolata permanſit neceſſitudo, ut utraque gens nobiliſſima, ejuſdem ſanguinis pignore devincta, velut in unam ſtirpem coaluiſſe viſa ſit. Ea vetus amicitia, non tam publicis obſignata inſtrumentis, quàm mollibus præcordiorum tabulis impreſſa, longa temporum ſerie radices egit altiùs, quàm Hiſpanorum arti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

artibus convelli poſſit, atque labefactari. Hac fiducia cum ſuperiore ſeculo Carolus Cæſar, gloriæ potentiæque avidus, Germaniæ Principibus in partes diductis bellum inferret, illi autem de retinẽda libertate ſolliciti eſſent, ſummis precibus petebãt à Frãciſco I. & Henrico II. ut generis & antiqui Fœderis memores, publici periculi cauſam generoſa voluntate ſuſciperent: maximè cum eò Cæſaris ſpectarent conſilia, ut in Galliam toties irrito conatu quaſſatã ſeſe vaſtabundus effunderet: ſed quia vires adhuc immaturas videret, moram aliquam interponebat, donec victoriis auctus, & ſubactâ Germaniâ, ejus præſidiis ſuccinctus, ea tutius moliretur. Iiſdem ſupplicibus verbis Ludovicum Regem Chriſtianiſſ. Germanici Reguli

obteſtabantur, ut eos ſcilicet quibus nihil ferè præter veteres ſpiritus, & antiquæ Fortunæ memoriam ſupereſſet, quique duriorem in dies, everſis ſuis rebus, exitum operirentur, ab oppreſſione vindicaret; in ſpem meliorem induceret, atque deflagranti Germanię ſubſidium afferret. Ille verò, qui aliorum ſimultates ad ſuum nunquam emolumentum traduxit, nec ignoravit, magnanimos Reges Beneficia dando potiùs quàm accipiendo Diis ſuperis æquari, honorarii Arbitri perſonam induit, Ducem Engoliſmenſem conciliandæ paci in Germaniam deſtinavit, Palatinū Rheni Comitem, ut à cœptis abſtineret, nec malum ſibi per tot aliorum mala accerſeret, admonuit; quale ſibi crearet periculum, perpenderet; neve conver-
ſæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſæ & illudentis Fortunæ ſpectaculum ſe præberet, cum nemo niſi ad caſum aliena conſcenderet faſtigia; ſic denique affectati Regni ambitum averſatus eſt, ut Regio eum titulo cohoneſtare nunquam voluerit. Ex adverſo, Ferdinandum præclare invitabat, ut Germaniæ munus pacis indulgeret, honeſtas Otii communis leges non abnueret; ſatis ſibi gloriæ partum cogitaret; nec Cæſare dignum eſſe à proſtrato triumphos petere; Victoriæ modum imponeret, honeſtumque ſemper fore bellorum occaſum reputaret, ſi idem veniæ locus eſſet, qui fuerat offenſæ. Nec prius deſtitit Rex Chriſtianiſſimus, quàm rebus compoſitis atque tranquillatis, Ferdinandus Germanicique Reguli de pace Vlmenſi conveniſſent; cujus poſt-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

modum, ô ſcelus! ſaluberrimas acjam coaleſcentes conditiones, rupit ac diſcuſſit Ognatenſis Co-rupitor limes, tam impotenti flagrans livore, ut mallet Cæſarem Bohemia & Vngaria carere, quàm eas nobilibus Chriſtianiſſimi Principis curis ac ſtudiis debere. Quod ſi tunc ille ultra Rhenum ſigna ſua explicare, atque tot Vrbes majorum ſuorum monumentis refertas armis ſibi adſerere voluiſſet: ſi hanc Regnorum Iuſtitiam, has Leges complexus eſſet, quæ Navarram Hiſpanis, Siciliam, Neapolin & Mediolanum addixerunt, nunquam Palatinatus, totque aliæ ditiones in Auſtriacorum ceſſiſſent poteſtatem. Quid ergo peccavit, ſi poſtquam Hiſpanorum aſtus ſpem omnem Pacis eliſerunt, fœderatis Principibus quibus etiam
Ver-

ervinienſi pace conſultum eſt, ubvenerit, atque pecuniâ Sueos juverit? Nec eſt, Armaçane, uod inani te labore vexes, ut robare poſſis Germanicum bellum Religionis cauſa fuiſſe ſuſeptum. hoc enim pernegant uotquot ſunt qui in conſcriendis Apologeticis ſuam Auriacis operam navaverunt; neue alium totius belli titulum ut ſcopum præferunt, quàm æſaris nomen & authoritatem, udiumq; pacis in Imperio conrvandæ. *Armorum noſtrorum*, quiunt, *finis non eſt propagatio eligionis*. Et iterùm, *Catholicoum finis Belli nunquam fuit ſuam eligionem extendere*. Et alibi, *ſtat ique ſua Religio inviolata: declaunt prædicantes, convolant cives, pro bitratu omnia agunt*. Quid ergo uerelis aures fatigas? Quid adumbra- *Litura Cancell. Hiſpan.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

umbratum in cauſa Religionis nomen interponis? An neſcis in fœdere Monacenſi, Electorati Palatini ſpem factam fuiſſe Bavaro, etiam antequàm Fridericus Elector Bohemiam ingreſſus eſſet; hinc nimirùm dùm inter ſe Germani acerbis certant odiis, bellum atrox exarſit, totaque Germania ab imis penè fundamentis concuſſa, magnâ ſtrage vaſtata eſt. *hinc illæ lachrimæ.*

XXVI.

De Vrbium excidiis.

NVlla profectò Caſtrenſis diſciplina belli tollit incommoda. Ius Martis eſt nocere Hoſti; & ut in magna reſtagnatione juſtis alveis flumina coërceri non poſſunt, quamtumvis

tumvis munias; ita ſunt quidam belli impetus, quos ut facere, ita pati fas ſit. Sed ferendi non ſunt illi qui poſtquam crudelitatem expleverint, moderationis famam quærunt, & Thenenſe excidium, quod ipſi provocaverunt, in horrendi criminis invidiam pertrahere non deſinunt. Hîc certè Fama eſt, non mediocri licentia ſævitum, dùm nec reprimi, nec temperari potuit impotentis ira Militis, qui nullam victis deberi putabat gratiam; Templaque ſubibat, non pietate Supplicis, ſed jure Victoris. Audiit hæc, & ingemuit Rex Chriſtianiſſimus, qui tot hactenùs captis Vrbibus pepercit, quaſi ad eas defendendas cũ exercitu, non expugnandas adveniſſet, ita ut in iis nemo ſibi victus illo Victore videretur. Verùm, ô Hiſpani,

ſi qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſi qui bellorum fluctus Bataviam operuerunt, vos concitaſtis; ſi nonnullæ ſequacibus flammis exhauſtæ ſunt Civitates, ex veſtro fomite primæ faces ſuccenſæ ſunt; ſi nec aris, nec ſacratarum Virginum ſeptis furens miles pepercerit, vos illis diro exemplo præluxiſtis. Si ergo vobis licuit agros noſtros depopulari, Oppida exurere, Vrbes diripere, cur cùm talionem experimini, crudeles nos vocatis? Plura vos & horrenda magis non ſemel patraſtis; quoties enim ſceleribus certatur, in hoc uno à vobis vincimur. Ecquod enim ſupremæ cladis exitium Mantuanis non attuliſtis? Quæ barbaria tot alias cruentas Vrbium & Populorum lacerationes poſſet ignoſcere? Sed neque uno in loco crudelitatis veſtræ impreſſa veſtigia ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ræ Poſteritatis invidiam reliquiſtis. Horret animus, tremit manus, hebeſcit calamus, quoties Romæ ab exercitu Caroli Cæſaris vi expugnatæ feralem imaginem hauſi; ſceleſtum, Superi immortales, ac nefarium facinus! quo uno ſcelera omnia complexa eſſe videri poſſint; tanta quippe fuit cladis atrocitas, ut in medio Romæ vix quid reperit eſſe Romæ. Hîc effrenes Lutherani, per omnes Ordines ætateſque debacchati, nullum flagitii genus prætermittebant: hîc ad quindecim millia cæſa civium corpora paſſim jacebãt; gemens pavenſque populus, omnium olim Victor gentium, nihil niſi triſte florentis quondam Fortunæ præferebat indicium: Hîc Templum toto orbe venerabile, Petro & Paulo, Divis Romæ

Romæ Tutelaribus dicatum multo cruore ſuperfuſo contaminatum eſt; Sanctorum Pontificum cineres & oſſa ſepulchri eruta, donaria depoſitaque Pietatis direpta, expilata: Hîc Epiſcopi ad haſtam venales in catenis circumducti, tantaque truculentia ad exprimendum aurum territi, ut ad erectas dicatasque latronum ſuſpendiis furcas damnatorum more perducerentur, parato ibidem ad lege agendum carnifice, ſi paulò aſperior concionis fremitus annuiſſet: Hîc Sacrorum Princeps univerſis gentibus religioſiſſimè venerandus carceri mancipatus, inter anhelitus metuſq; vitam conſumebat, dùm interim Carolus diræ victoriæ compos atras induere veſtes, & in Hiſpaniis vota nuncuparet, atque pro liberatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ontificis, quem arctiſſimè de-
nebat, decerneret ſupplicatio-
es; ſic nimirum his tantis non
celeribus ſed portentis crudeli
uadam voluptate ludibrium
djungebat, & eorum uſurpa-
at morem, qui lugubribus in-
auntur, cùm ad eos opima ali-
na hæreditas, florenteſq; opes
ervenerunt. Quid plura? Hîc
vitas ſacri Imperii caput, San-
iſſima Religionis ſedes, Natio-
um omnium domicilium, tot
eniq; triumphis, ſtupendiſque
premæ Virtutis monumentis
ngè clariſſima, cui Barbarus
tila, & ferus Vandalus peper-
rat, deformata, devaſtata, vel
inis cumulata fuit; & hæc ta-
en Hiſpani ſcriptores illuſtri-
is Regis ſui factis non verentur
cenſere. Quod ſi jam exſpa-
ri hac in parte, & immania
illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

illa facinora quæ captâ Sorâ H
ſpani ediderunt, ſtilo ſignare in
ſtituerem, cum omni Barbar
mihi res eſſet, nec exitus uſquam
daretur; habet æternam lab
illa memoriam, & hoc facto n
hil impium magis vetus omn
vidit Impietas. Hoc unum ac
dam furoris ſpecimen, cujus f
des, niſi frequenter iſſet in lit
ras, non minimùm laboraret
Cùm in Gallia Carolus ejus nc
minis Octavus, fama ſui rerum
que geſtarum claritate frueretu
ardens Hiſpanorum ambit
bellum atrox in Italiam diffud
rat; cumque ſcelerum licent
ubique volitaret, repertum
tandem ab illis facinus, quo
nec Mimus fingere, nec Scur
ludere, nec Attellanus poſſet
fari; Et enim cum multi præſta
tes belli Duces, violato jure no
moc

dò hoſpitii, ſed etiam Regiæ
ſæ, crudeliter eſſent enecati,
um porrò cadavera extractis
ribus exenterata, tremen-
viſu! ſiccata & condita o-
bus, in eo habitu quo vivi
ant, iiſdemque inſignibus
nata, ad ſatietatem ſævitiæ
vabantur, & oſtentabantur;
execrabili Tyrannicæ im-
itatis atque perfidiæ exem-
timerent omnes qui ſervire
iſſent.

ites Diomedis equi! Buſiridis Aræ
mentes! Iam Cinna pius, jam
Spartace lenis
banis collatus eris.

d, ô crudeles, ibi pœnam
itis, ubi ſenſus doloris non
nitur? Iraſcimini vivis, nec
itemini mortuis; ſcilicet hoc
e poſteris documentum re-
ere voluiſtis, homines cùm

ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſe permiſere crudelitati , etia
Naturam ipſam exuere , atq
dediſcere.

XXVII.

*Teſtimoniis exempliſq; prob-
tur, licitum eſſe cum Infide-
libus fœdus percutere.*

LIcet major ſit Sceptror
dignitas, Regiæque M
ſtatis fulgor, quàm ut Pæ
gogorum ferulis, aut Schola
corum minutiis ſubjiciatur: ſi
men prudentiſſimi judicii v
acquieſcis, te illi edocebunt,
eluctabilem neceſſitatem, c
humanæ imbecillitatis effica
ſimum documentũ eſt, null
auxilii genus reſpuere; illæsâ
conſcientiâ, ſalviſque Auſpi

armorum ſocietatem Infide-
perduci poſſe; hac etenim vo-
ates, opes, vireſque, non do-
næ perſuaſiones communi-
ur; Fides extra hoc commer-
n eſt, & hæc fœdera ad ſo-
popolorum ſecuritatem, ad
erii incolumitatem, ad otii
mmunis tranquillitatem ſpe-
t. Ac nemo quidẽ in rerum
ium commentatione ita
mbeus eſt, ut non intelligat,
ſmodi ſubſidia nihil cũ Re-
ne habere commune; quæ
aliquando Cardinalis Oſſati
d ſummum Pontificem Cle-
tem VIII. gravis ſententia;
a non receſſit, ut tu illi affin-
Clariſſimus Ampliſſimuſque
olus Bretius, Comes Conſi-
ianus, qui inter tot nobiles
entis & exuberantis ingenii
uras, immenſam illam Re-
gio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

giorum jurium ſylvam nulli p
nitus exploratam glorioſo lab
re penetravit. Quod ſi anim
ſederet in hanc cauſam teſtes
mittere, ipſa te turba obruer
tibique cum Antoninis, Caje
nis, Toletis, Molinis, aliiſq; m
tis decertandum eſſet: Hiſpan
rum tantum ſuccenturiatas c
pias in hanc aciem placet edu
re. Occurrit in primis Ioann
de Chartagena, qui ſummi Po
tificis juſſu diſſertationem ej
dem conſcripſit argumenti,
qua pluribus tum rationum m
mentis, tum exemplis, Infid
lium armis Eccleſiæ jura, eti
adverſus Chriſtianos Princi
propugnare, non modò licitu
ſed & honeſtum eſſe contend
idque ultrò probat exemplo C
roli Cæſaris, qui cum infeſta L
theranorum ſigna in Fran

ex

plicaret, ſuam his auxiliis mi-
mè lædi conſcientiam à con-
ltis Theologis reſponſum ac-
pit. Conſule tu modo Domi-
cum Bannem, Salmanticum
cofeſſorem; & ab illo diſces,
on magis incongruens eſſe In-
delium hominum operâ in bel-
uti, quàm Elephantorum: In-
rroga Valdeſium, & audies
arolum V. non æquo tantum,
d etiam honeſto jure, Hæreti-
rum turmas, quas ipſe nigras
as Cohortes appellabat, in la-
antium rerum ſubſidium acci-
ſſe, quarum etiam ope ſum-
um Pontificem cum purpura-
s Patribus in arcem elapſum
bſedit, ac ut Impietatis famam
fugeret, ei ut ſe auro redime-
t conceſſit: neque ideo ex Hi-
pani Doctoris ſententia, ulla
Imperator animæ noxiâ obli-
gavit,

gavit, eo quod, inquit, *Non u*
Infideles, ſed ut ſubditos elegerat, e
advocaverat. Valdeſio ſuffragan
tur Petrus Complutenſis profeſ
ſor, & Malderus Epiſcopus Ant
verpenſis, qui perabſurdum eſſ
putant, in militum delectu Infi
deles expungere, atque è nume
ris eximere; cum Duces exerci
tuum, etiam per bruta animan
tia, variis belli offenſionibus ho
ſtes ſuos ſolent atterere. Quod
ſi nunc te à teſtibus ad exempl
traducerem, nihil tibi prius gen
tium Annales oſtenderēt, quan
Conſtantinum Gothos, Iuſti
nianum II. Longobardos, He
raclium & Baſilium Saraceno
in expeditionibus bellicis accer
ſentes; quàm Theodoſium, Ho
norium, Leonem, Iſaacium An
gelum, & Palæologum, diverſa
opinionis gentium advocante

auxi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

auxilia; quam denique Fridericum Imperatorem, Barbarorum humeris in Italiam, unde dejectus fuerat, reportatum. Neque vero prætermittendus eſt Sigiſmundus Rex Poloniæ, inter ætatis ſuæ fortunatos Principes adnumeratus; cujus ſcilicet ſummæ prudentiæ datum eſt, quod conſtantiſſima fide, pertinacique ſtudio pacis & amicitię fœdera cum Turcarum Imperatoribus ſanctiſſime coluerit, & hoc conſilio adverſus finitimos hoſtes præmunitus, egregie Sarmatico proſpexerit Imperio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XXVIII.

Hiſpanorum & Auſtriacorum fœdera cum Infidelibus.

CVM in armorum ratione antiquior cavendi quam ictum inferendi cura ſit; cavere hinc maxime, Armacane, debueras, ne hi quibuſcũ decertare inſtituiſti, apertum tuum latus haurirent, neve ex ſicario Parricida factus, tuo te gladio conficeres; ut jam abſolvendi tibi ſint Chriſtianiſſimi Reges, aut eadem dicta ſententia Hiſpanos condemnes; qui enim leges inviolatas cupit, eas ſervet neceſſe eſt. Certe ſi non recte neque ordine fecimus Infideles in opem aſciſcen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

aſciſcendo, neque vos recte feciſtis exemplo præeundo. Equidem licet arctiſſimum ſit connubiorum fœdus, ac perpetuum vinculum, de quo manet hoc immotum Pauli præceptum, *Ne jugum ducite cum alienis à fide*, Alfonſus tamen ejus nominis Quintus Legionenſis Rex, Taraſiam ſororem Maurorum Regi deſpondere non eſt veritus: vicit utilitas honeſtatem; providebatur enim eo inauſpicato conjugio, ut utriuſque Regni vires alterna ope firmiores evaderent. Neque vero minus turpi nefarioque fœdere alter Alfonſus Rex Hiſpalenſis, Mauram ſibi uxorem junxit, & cum ſocero pactus eſt, ut communibus literis Barbarorum in Hiſpaniam copias evocarent. Quid memorem Ramirum Regem, cum tribus Maurorum Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

gulis, Auguſtano, Oſcenſi, Tudelanoque coëuntem; ut juſto conflato exercitu Garſiam fratrem de Navarræ ſolio deturbaret? Quid referam Alfonſum illum Caſtum, qui cum Carolo Magno ſpem propinquæ ſucceſſionis, ob eximii prœmium laboris, mercedemque propugnatæ Religionis injeciſſet; mox converſis ſtudiis, ictoque cum Maſſillo Mauro Armorum fœdere, tam impia ſigna in Hiſpanicæ libertatis aſſertorem inferre non dubitavit? Quid recenſeam Sanctium Regem Caſtellæ, Infidelium copiis atque ſubſidiis patruelem ſuum Aragoniæ ſceptro exuentem? Ferdinandum cognomine Sanctum, Barbarorum dominationi Chriſtianum ſanguinem commodantem? Petrum Legionenſem Regem,

gem, in ſummo Rei Chriſtianæ periculo cum his Sarracenis qui ad extremos Caſtellæ fines Anam inter & Tagum habitabant, æquo fœdere paciſcentem? Alfonſum Caſtellenſem, audientes ſibi Populos Africanorum pedibus proterendos præbentem atque conculcandos? Et hic tamen eſt quem Hiſpani maximum & prudentiſſimum Regem appellare ſolent. At iſta forte Gothicos olent mores, cum adhuc à Barbaris progenitoribus recentes eſſent Hiſpani. Accede ergo, ſi vacat, ad recentiora, & abſolve, aut damna Rodulphum illum Auſpurgium, qui primus in familiam Auſtriacam Aquilas, & Imperii faſces intulit: Hic enim in bello quod adverſus Otocarum Bohemiæ Regem geſſit, decem millia Tartarorum in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Caſtris habuit: à noxa exime, aut vim legis in Carolum V. diſtringe, qui etſi graviſſimis ab Henrico VIII. Anglorum Rege affectus fuiſſet injuriis, eoque poſtulante & urgente, Clemens Pontifex Britanni caput diris execrationibus defixiſſet; inexpiabilis tamen odii obliviſcens, Schiſmaticum Principem & ſyderatum, novo ſibi fœdere conjunxit, ut illius auxiliis & auro adjutus, multo quam antea validiore impetu Galliæ fines ingrederetur: poſtquam vero compoſitis cum Galliarum Principe rebus male profecto cohærentibus, in Germaniam debellandam incubuiſſet, ut id temporis interuſurium externo periculo vacuum relinqueretur, inducias cum Solimano pactus eſt, nec aliis lubentius quam à fide alienis mi-

litibus

litibus Legionum ſuarum numeros implevit. Taceo de Philippo IV. qui hodie Perſarum amicitiam colit, & ut valle Telina potiretur, cum Saxone & Luneburgenſi, cum Mansfeldii comite, Heſſiæque ac Darmeſtadi Lantgraviis ſocietatem iniit; hæc etenim in tam conſpicua luce poſita, in omnium verſantur oculis: Quid ipſe Rex Vngariæ? nonne & ipſe ſuas in partes Lutheranos traduxit Principes? hoc nimirum hauſit ex Hiſpanorum ingenio, qui toties Iuzephios, Abeniuzephos, Almoravidas, Maſſillos, Miramamolinos, Marrocios, aliaque terrarum orbis flagella, in quorum nominibus vel ipſa crudelitas inhabitat, in excidium Religionis, in jugulum piorum, in Chriſtianorum lanienam attraxerunt: qui tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ſæpe magnitudine munerũ Mahumetanam in Thracia portam pulſaverunt, & Sultanorum animos pertentaverunt; qui denique fanda & infanda præſidia omnibus angulis quæſiverunt, ipſum etiam, ſi è re ſit, Acheronta moturi.

XXIX.

Nullam Hiſpanis Religionis curam eſſe.

OLorem, ut immundam alitem, Moſaica lege à Sacrificiis olim ſubmoveri accepimus; eo quod externa ſpecie ſub nivis albedine nigricantem & infuſcatam cutem reconderet: Egregium profectò eorum Symbolum, qui Religionis nomen

nomen in ſpeciem adumbrantes ſcenæ ſe oſtentant, & omnes vitæ actus ad oculos Theatri, quaſi ad ſpeculum non afformant, ſed affingunt; qui denique ineſcandæ illaqueandæque multitudinis cauſa, Divinum numen ſceleribus prætendunt, & impia quadam pietate, ſacris profana aucupari, commoda captare, ac dominatum ſibi comparare ſolent. Ecquis eſt hodie in Hiſpanorum moribus judicandis tam hebes, tamque ſtolidus, qui neſciat hæc illis admodum convenire? Id, Armacane, ſi modo aures ferendæ Veritatis habes, audies ex illis qui res Hiſpanicas literarum monumentis mandaverunt, malueruntque veris offendere quam placere adulando. *Siſennandus*, ait Mariana, *optimum fore judicavit Religio-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

nis prætextum. Chintila vero & Ervigius ſpeciem Religionis obtendebant. VVamba pietatis ſpecie veteres odii ſcintillas fovebat. Ferdinandus autem cum Neptem ſuam avito Navarræ Regno exuiſſet, *Religionis ſpecies prætexta facto eſt.* Tandem ſi quæratur qua ratione Mauri per octo fere ſæcula Hiſpaniæ velut prædones incubarint, *Hiſpanos*, inquit, *Religionis amor parum movebat, præ cupiditate injurias vindicandi, & proferendi Imperium*; adeo illis ſolenne eſt atque familiare ſine Religione prætendere Religionem; adeo, inquam, illis id ſanctum, id honeſtum eſt, quod regnandi rationibus utile videtur. Sic nimirum venena non niſi melleis favis oblito poculo propinanda traduntur, & vitia non decipiunt niſi cum ſub umbra virtutum deliteſcunt;

eſcunt ; tanto tamen ſemper
acrius explodenda, quanto te-
ctius ad perniciem irrepunt &
illabuntur. Sed Hiſpanis hic cre-
dularum mentium illecebra in-
gentium rerum ſtrenue exequen-
darum inſtrumentum eſt : qui
etenim nihil Regali faſtigio di-
gnius atque præſtantius ducunt,
quam omnia conſilia ad verum
decus, & ad ſolidam Pietatem
revocare, illos quidem in homi-
nes pios, non item magnos eva-
ſuros putant. Hoc altius imbi-
berat Ferdinandus Rex Hiſpa-
niæ, cum Amboſium Albienſem
cucullatum, qui à confeſſione
criminum Carolum VIII. Re-
gem Galliarum expiare ſolitus
erat, lagena ſignato auro reple-
ta corrupit, ut adoleſcentis Prin-
cipis animo Religionem incu-
teret ; teſtando videlicet, eum
impie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

impie facturum, niſi Manes Patris apud Tartara cruciatos, eo atroci piaculo exolveret; quoniam morientis Ludovici ſuprema voluntas excepta piis alloquiis fuiſſet, ut Perpennianum tanquam male partum, veteri ſuo Domino redderetur. Ejuſdem ſimulationis egregius artifex erat Carolus eo nomine V, doctus ſemper eo ſe convertere, unde ſpes melior affulgeret, nulla famæ memoria, nulla Religionis cura, nulloque hominum pudore nec cœlitum metu. Ille Germanis, quos habebat plures in Caſtris, diſſidentes à Catholicorum moribus, & patria lingua Hymnos decantare, & concionatores Lutheranos audire, & alia facere permittebat, quæ ab Eccleſiaſtico dogmate maxime abhorrebant: Ille in Comitiis Auguſtanis

ſtanis capita quædam ex utriuſq; Religionis inſtitutis teterrimo quodā cinno miſcuit atque temperavit; conjugium ſacerdotibus permiſit, malè ſanam de accipienda integra Domini cœna opinionem Romanis Placitis conciliavit; nec veritus eſt ſacro Thuribulo atque Arcæ profanas manus admovere: Ille expulſum è ſedibus ſuis Muleaſſem, Tuneti Regnatorem, in ſolium magnificè revexit, & impium Tyrannum piorum ſanguine in integrū reſtituit: Quid enim intererat à Turca ne Barbaruſſa, an ab Afro Mahometana Tuneti prædicaretur ſuperſtitio, cū nihil de antiquis moribus vel avaritię, vel crudelitatis, vel impietatis remitteretur? Ille unà cum Ferdinando fratre munitiſſimas in Peloponneſo Urbes, quæ ut Chriſtum ſervato-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

rem liberius profiteri poſſent, ſe-
ſe ultrò iis dediderant, Solyma-
no, ut aliquam ab eo bonam ini-
ret gratiam, tradidit, anne potius
prodidit? In quibus tamen Chri-
ſtiani ad Græciam ſervitute libe-
randam, appoſitiſſimam geren-
do bello arcem poterant conſti-
tuere; Sed maluit ille pervicaci-
bus armis omnia miſcere, ut
Barbaris ſterneretur via, qua
illi, nemine juſtis armis obſiſten-
te, in viſcera noſtra penetrarent.
Ille denique in Lutheranos Prin-
cipes arma quidem movit, ſed
cupiditate potiùs Imperii profe-
rendi, quàm promovendæ Pieta-
tis causâ, ut qui Ulmenſibus, &
Straburgenſibus, aliiſque Con-
feſſionis Auguſtanæ addictis ho-
minibus, inſanis ſuis erroribus
permiſerit. Quid Philippus ejus
nominis ſecundus? Nonne Gal-
li-

liæ Regnum ſub Religionis ſpecie in multas factiones diduxit? Diſcordiæ civilis flammam aluit? Rebellium cauſam fovit? Nihilque Romæ non movit, quo minùs Henricus Magnus in gratiam Eccleſiæ reduceretur? Nunquid & ſuperioribus annis Juliacum & Vezelium Hiſpani receperunt, ea lege atque conditione, ut omnia Hęreticorum ſacra perſeverarent, nulloque juſſu cives in Religionis cauſa onerarentur? Nunquid in Palatinatus ditione Eccleſiæ bona ſibi addixerunt, & ex pace Pirnenſi Epiſcopatum Mageburgenſem Saxonis filio in prœmium navatæ operæ crediderunt? Proh Superi immortales! quid eſt, ſi hæc ementitæ Pietatis fallacia non eſt & impoſtura? Itane veſtra verba cum factis æternùm diſſident? Itane in

tanta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

tanta mentis ſermoniſque conjunctione, linguæ cordiſque diſſidium intuliſtis? At verò, ut fugaciſſimus ſemper eſt ſplendor gloriæ pigmentis adumbratæ, ſtelliones & chamæleontes ſuo periere indicio: detractæ ſunt vobis larvæ, clancularia machinationes detectæ; & clarior eſt iſta ſimulatio, quàm ut quemquam non ruſticum deinceps queat fallere. Scitis & vos apud acta rogitantis conſcientiæ non eos eſſe homines quos palàm profitemini: Nobis certè qui verſatilis illos pectoris flexus averſamur, nec ingenitum Religionis amorem ullo Pietatis ſimulachro mentimur, & quibus nullus jucundior concentus eſt, quam vita rerum ſermonumque concordia temperata, licet eſſe piis ſine veſtra æmulatione: At

neque

neque vos Religionis cura torquet; ſed captas urbes, & copias deletas,& fuſos exercitus doletis: videte quæſo quàm benè in vos quadrent hæc Leonis Pontificis verba, *privatæ eorum cauſæ Pietatis* *teguntur obtentu,& cupiditatum ſuarum Religionem habent velut pediſſequam.* Hoc Gentis veſtræ vitium eſt, ac velut quidam ſyderum vapor atque defluvium, nec deſinitis tamen Chriſtianæ Religionis videri velle propugnatores, eoque nomine apud omnes inclareſcere; Superi veſtram fidem!

Ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius, laudemque à
crimine ſumit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XXX.

Diluuntur Armacani calum-niæ, quibus indirectè ſem-per à Gallis afflictam fuiſſe Eccleſiam dicit.

CUm Lilia jam indè Anti-quitùs in Salomonis Tem-plo ſanctiſſimis Religio-nibus fuerint conſecrata; qui aliud, Armacane, præfiguratum putas, quàm eadem ſummo al quando Eccleſię non tantùm or namento, ſed etiam præſidio fu tura? Hæc tu videres, niſi pr maledicendi cupiditate nih omninò videres. Ingentes tu minæ ſunt, ingens accuſatio, *a flictam indirectè ſemper Eccleſiam bis qui in Galliis præfuerunt.* O p dendam & puniendam vete

Co

Comœdiæ conviciandi licentiam! ô crudum crudeleq; mendacium! nec ab ullis aliis fictum atque concinnatum, quàm à Nepotibus eorum, qui Sacrorum Principem obſiderunt, carceri mancipaverunt, Romam diripuerunt, & in tota Eccleſiæ Italicæ ditione mœſtiſſimi temporis deforme Iuſtitium indixerunt. Quid ſimile unquam Franci moliti ſunt? An Eccleſiam Clodovæus & Childebertus afflixerunt, qui ejus hoſtes aut bellica virtute domitos extinxerunt, aut inſanos errores deponere coegerunt? An Eccleſiam afflixit Marcellus, qui eam ab immani Saracenorum gente tàm fœliciter liberavit, ut Sacroſancta illius ſigna, vel ex longinquo trepidiſſimè Barbari venerarentur? An Eccleſiam afflixit Pipinus, qui tot eam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

eam egregiis Pietatis monumentis auxit, & locupletavit, quod me tacente, ipſi muti muri loquuntur, hac Ravennenſi inſcriptione; *Pipinus pius, primus amplificandæ Eccleſiæ viam aperuit*: An Eccleſiam afflixit Carolus, ſupra Pompeios & Alexandros Magnus, qui eam adverſus ferociſſimos populos fortiter tutatus eſt, ac Tyrannorum iniquitate injuriaque oppreſſam, in priſtinam reſtituit dignitatem? An Eccleſiam afflixit Philippus Auguſtus, qui ſic olim veriſſime ſummum Pontificem Lucium alloquebatur. *Si oblivisci potuerit mater filiorum uteri ſui, poterit & Eccleſia Romana Regni Francorum: quid enim ultrà facere debuimus Matri noſtræ & non fecimus? Cum gaudente gaviſi ſumus, & cum flente flevimus, perſecutiones illius patres noſtri, & re-*

buſ-

buſtis portabant humeris, & extentis brachiis defendebant. An Eccleſiam afflixere Ludovici, qui illius Tentoria torrente quodam Virtutis impetu per mediam Barbariam circumtulerunt; quæ vel ipſe Serapis Ægyptius extimuit, Sultani ſuſpexerunt, Turcæ expaverunt? An Eccleſiã afflixere tot alii Religioſiſſimi Principes qui ſteterunt in illius propugnaculis; nec molles & auro coronati, ſed pulverulenti & colorati contra Hæreſes & Impietatem eluctati ſunt; qui ſe pro ea, *tanquam murum inexpugnabilem*, oppoſuerunt; de quibus etiam eximium hoc manet Elogium. *Exaltatio Regum Francorum et ſedis Apoſtolicæ ſublimatio*. Et illud iterùm. *Pugnare cum Turcis, & vincere, fidem ſervare, & Romanam Eccleſiam honeſtare, Francorum Regum proprium eſt*. Quid plura?

Innoc. Epiſt. ad Gall. Epiſc.

Pius 2.

vene-

venerunt, pugnaverunt, vicerunt, ac tandem ſpolia in cœlum præmiſerunt. An denique Eccleſiam afflixit totus ex virtutibus factus Ludovicus Iuſtus, qui ſacris illius ubique in Gallia pacem atque honorem reddidit, Divorum domicilia vel inſtauravit, vel hæretica ſuperſtitione fœdata ritu Chriſtiano expiavit, viris ſacratis ſecuritatem, dignitates, bona reſtituit: opus planè admirabile ac pene incredibile, quod primùm ſperaſſe fuit animi magnitudinis, tentaſſe virtutis, perfeciſſe fœlicitatis: ſcilicet in tanto Rege abundè Deus videri voluit quid poſſet vitæ ſanctitas cum viribus Sceptri conjuncta. Sed non eſt committendum, ut ea dubia faciam defenſionis ſollicitudine, quæ ne Impudentia

Tro.27. quidem inficiari poteſt; hæren-

hæ

hæc & eſſloreſcunt univerſorum
animis infixa, & una eſt tanto-
rum meritorum oblivio, huma-
ni generis occaſus.

XXXI.

De diſtinctione directæ & indirectæ voluntatis.

ILlud olim dictum ex Sapientiæ ſacrario prodiit. *Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.* Non ergo prudens es, Armacane, qui Chriſtianiſſimi Regis Religioſum in illis animum, & inſontem non agnoſcis conſcientiam: Neque enim illum proferendæ ditionis amor, nec rapinæ cupiditas, nec vin-

vindictæ crudelitas, nec privatus aliquis dolor ad arma concitant; ſed oppreſſorum ſalus, & Imperii ſui incolumitas, & publicæ tranquillitatis ſtudium. Rectus illius oculus non aliò ſpectat, quàm ad Religionis commoda atque ornamenta; nihilque magis in votis habet, quàm univerſos populos variis linguis, ſed concordibus animis, in eodem Templo, hoc eſt in unitate Eccleſiæ Servatori ſuo cantare gloriã. Ante ille conſcientiæ quàm famæ conſulit, vitâ innocentiſſimus, propoſito ſanctiſſimus, & adverſus omnium Vitiorum intemperiem invictiſſimus. Bello concordiam quærit; & ſi quid in eo gerendo præter votum acciderit, non voluntatis crimen eſt, ſed neceſſitatis, cujus amariſſimæ ſunt leges, & truculentiſſim

tiſſima Imperia; expende paulùm modò hæc Auguſtini verba. *Pacem debet habere voluntas, bellum neceßitas: non enim pax quæritur ut bellum geratur, ſed bellum geritur ut pax acquiratur.* Et hæc iterùm. *Apud veros Dei cultores illa bella peccata non ſunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut mali coërceantur, & boni ſubleventur.* Vnde conſequens eſt, juſtum illud bellum eſſe, quod rectæ voluntatis conſcientiâ ſuſcipitur; & ſi benè à Theologis didici; *Hoc poſito quod voluntas ſit boni, nullus belli eventus eam poteſt efficere malam, cùm bonitas voluntatis ex ſolo pendeat objecto.* Hæc ergo attendenda potiſſimùm eſt, non autem modus; ipſaque facta ſemper ad conſilium dirigenda ſunt, & quid, non in quantum admiſſum ſit,

De Verb Dom. & Epiſt. a Bonifac

D. Thõ. quæſt. 9. art. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

æſtimandum. Voluntas quippe, quæ ad bonum aliquod, tanquam ad finem aſpirat, & contendit, nulli ſe obſtringit noxæ; & qui nocentes intendit interficere, innoxiorum interdum cruorem innoxiè fundit; ut cùm in juſta Vrbis oppugnatione, vel telis circumfuſæ ſtationis, vel labefactatis muris, turribuſque ingenti ruinæ fragore disjectis, vel ignibus incluſis, fugam quæritantibus, & indomitâ naturæ potentiâ cuncta perfringentibus, inſontes nocentibus permixti pereunt, atque abſumuntur; Aut etiam, quando claſſe cum Turcis commiſſa, tormentariæ pilæ cum horribili ſtrage hominum per foros à prora in Puppem pervolant, & remiges Chriſtianos in eandem perniciem trahunt: Hæc enim

ictor. e jur. ell. Molin. ract. 2. iſp. 121

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

enim omnia diræ neceſſitati quam bellum imponit, adſcribi debent; nec ex Theologorum ſententia, *ea tenemur omittere, quæ nobis communique bono non minimùm proſunt, ob damnum quod per accidens aliis infertur:* quoniam alioquin nullum juſtum geri poſſet bellum adverſus nocentes, periretque caſtrenſis omnis Iuſtitia cum boni publici detrimento. Sed neque Religio adverſus hoſtes ſuos propugnari poſſet, eo ipſo quod inſontes quidam Chriſtiani nominis homines, in caſtris eorum inviti degerent: adeò verum eſt, voluntatem ſolam & conſilium peccandi, non etiam modum aut exitum damnari. Certè cùm ex Iuriſconſultorum placitis delictum omne, caſu, impetu, aut propoſito patretur; belli caſus

in culpam non tranſit, & militum impetus temperari non poteſt: propoſitum autem Chriſtianiſſimi Regis, æquitas & Iuſtitia utique comitantur. Arma movet ille cruentâ quidem manu, ſed pura mente, & conſcientia immaculabili. Hæc eo bellante, inter medios gladios jus ſuum ſibi vindicat, nec quidquam deſtinatò admittit, quod Religioni aut Sacris noceat: qui autem nihil licenter agit cùm poteſt, nunquam voluit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XXXII.

An in bello Hollandico, tutâ conſcientiâ Franci militare poſſint.

QVod olim obtinuit, ſanctius reverentiuſque videri de actis Deorum credere quàm ſcire, id quoque de Regibus qui Deorum vices implent prædicari poteſt; anceps quippe & illicitum eſt abditos eorum ſenſus exquirere, arcanaque conſilia, quæ Imperiorum munimenta ſunt, ac propugnacula Majeſtatis, altius penetrare. Enimverò ſi leges vetant ne privatæ cujuſque domus ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

creta pandantur, quis audeat in Regii conclavis adyta ſe intromittere? Quis Regnorum ſacra opertanea, & obnuptæ hujus Palladis amictum reducere pertentet? Fruſtrà ſanè ſuum Regibus judicium Deus dediſſet: fruſtrà belli rerumque Auſpicia penes eos eſſent, ſi cum ſubditis, quaſi centuriatis Comitiis, reconditorum conſiliorum rationes ſubducendæ, atque percontandæ forent. non eſt certè, non eſt eorum qui parent, Arcana dominationis tentare, vim Principatus reſolvere, aut quibus de cauſis bellum à Principe ſuſcipiatur, æſtimare. Debent illi non retractanter obſequi, nec quorſum quidque fiat aut edicatur, curioſis oculis inveſtigare. Ea enim eſt conditio imperandi, ut non aliter conſtet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

quàm ſi paucis ſecretorum Arbitris & participibus reddatur; multorum enim miniſterio quæ in occulto eſſe debent committere prolixum eſt, eorum verò fidei periculoſum. Cum itaque ad plures rerum momenta vocare non expediat, ſatis eorum Conſcientiæ conſultum eſt, ſi non diſputare, ſed obtemperare didicerint. *Vir juſtus*, ait Auguſtinus, *ſi fortè ſub Rege etiam ſacrilego militet, rectè poteſt illo jubente bellare, ſi quod illi jubetur vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel utrum ſit certum non eſt: ita ut fortaſſe reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſerviendi.* In hac verò dubitandi cauſa idoneum militibus ſubeſt ad juſtitiam belli argumentum, quod illud auctoritate publica Prin-

Cano. quid culpatur 2 quæſt.

Victor de Iur bell. C jeta. Ange

 ceps

ceps decreverit, de quo illi rectè ſemper atque magnificè ſentire debent. Hoc Galli norunt exequi; quos tu tamen terrore Conſcientiæ à Militia conaris avocare: doles quippe quod eorum armis ac lacertis hoſtium ſuorum impetus infringantur, & immanes proferendi Imperii ſpes elidantur: nos interim lubenter Hiſpanos audimus conſcientiæ, cum ſcribunt, meminiſſe; nam cum agunt, obliviſcuntur.

XXXIII. *Iu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XXXIII.

Iudicium Chriſtianiſſimi Regis in delectu Adminiſtrorum.

DIvinatio in labiis Regis; in judicio non errabit os ejus. Hoc verò divini Sapientis Oraculum implevit Ludovicus Rex Chriſtianiſſimus, ex quo primùm fidiſſimos Adminiſtros, qui Regiis ſuis curis adeſſent, fœliciter allegit. Vnum quidem Principem inter plures eminere, magnum: ab eo autem plures regi, divinum planè eſt; Sed tanti muneris inexhauſta moles ſine auxilio explicari non poteſt: ut enim toti rerum na-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

turæ unus ſol, Temporum, Terrarum, cælique Rector, ſufficit; & plura tamen ſydera tantum lumen excipiunt, ut ſcilicet omnem illius hauſtum illò regerant unde acceperint; ſic etiam cùm ille, quiſquis eſt, qui hominibus imperat, & ipſe quoque homo ſit, neceſſe eſt ut ab eo, ſalubri quodam temperamento, in alios quidam velut radii poteſtatis diffundantur: aſſumit ergo & evehit nonnullos, qui ut in dignitatis, ſic in nobilium laborum partem veniunt; adeò ut putes veterum Perſarum ritu plures Imperantis oculos, aures, manus eſſe, & à capite minora hæc membra dependere, ut qui ubique adeſſe non poteſt, videat, audiat, agat omnia, & Numinis conditionem aliquam uſurpet. Neque verò Regi Iuſtiſſimo inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ter multos fœlicis ſolertiæ viros diu quærendus erat, quem rerum ſummæ præficeret, eique ſupremam conſulendi authoritatem impertiret; ſed legendus erat qui non minùs ſacræ Purpuræ fulgetris, quàm ingenii faſcibus eminebat; legendus, inquam, ille qui non ex muneris magnitudine decus ſibi expeteret, ſed ipſe muneri cumulatiſſimè afferret; nec adumbratam, aut Fortunæ adminiculis quæſitam, ſed veram ſolidamque, & ab ipſo propriæ Virtutis fonte profluentem gloriam ſectaretur. Ecquis enim conſtantis judicii gravitate, Galliæque tuendæ notitiâ, & proferendo Imperio potior atque præſtantior purpurato illo Eccleſiæ Principe potuit exoptari? Quis tantum rerum undique accurrentium congeſtum arcano

mentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

mentis vigore fortiùs excepit, exceptum pertulit, perlatum ad excelſum honoris faſtigium perduxit? Quis in graviſſimorum negotiorum momentis pervidendis ac ſcrutandis, præſentia acriùs, futura ſagaciùs, ambigua certius, captioſa ſolertiùs diſcuſſit? Quis utriuſque Fortunæ ſive fulgorem, ſive tumultum infractiore animo vel avertit, vel ſuſtinuit? Quis deniq; ſummi Regis Majeſtatem, magni Populi decus, & fœlicis patriæ laudem indolemque vividius unquam expreſſit? Anguſtè profectò virtutes illius expendit quiſquis id de ſe tantùm quod fieri poteſt, credit; cùm facta videamus quæ nec ſpe concepta fuerant, nec opere tentata. En crimen, en cauſa cur à te, Armacane, reus ille poſtuletur; at hoc, beneficium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

cium, & quidem ſummum eſt. quid enim illi glorioſius evenire poteſt, quàm apud Francici nominis hoſtes malè audire? Verùm licet fremat Hiſpania, & Hydra ſibilet, & ingruant verborum procellæ, & bruta linguæ fulmina coruſcent, ille velut Olympi vertex

Celſior exurgit pluviis, auditquè ruentes
Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat;

ipſaſque omnes, quas immani quadam fame tantum nomen lacerandi, comminiſceris accuſationes, ſolo rerum geſtarum fulgore confutat, & atrox illud Invidiæ monſtrum, quod ex inuſitata virtute, ut ex umbra lumen naſci ſolet, operum magnitudine penitus obruit. Poſtularet à me tàm ſplendida materia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

vt per numeroſam illius gloriam ſtilum ducerem: ſed inimicorum ejus importunæ procacitati tribuendum non eſt, ut verecundia illius oneretur; maximè verò cùm acta excellentiſſimorum virorum in ornamentum ſeculi refulgentium humiliter ſcribere ſine inſolentiæ reprehenſione non permittitur: quorum etiam fama nec ullis laudibus creſcere, nec ullis criminationibus infuſcari poteſt: hactenus ille livori & pallori Avertentia ſacra fecit; nec ulla eum vis Calumniæ ab inſtituto unquam auferet, dummodò laboribus ſuis, vigiliis atque periculis, Gallia ſuo tandem Genio reſtituta, bono ſemper litet Eventui, domi conſilium vigeat, & foris arma floreant. Itaque tuos, Armacane, ægreſcere jubemus oculos, quia num-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

quam fragili titubantem loco, aut etiam laborantem, ſtante tanto columine, videbis Galliam: fatetur illa quidem ſe hanc inimicis ſuis debere gratiam, quod tali vindice defendatur. Macte ergo tua ſpectata virtute, Ludovice Rex Chriſtianiſſime, & tàm fidis innixus conſiliis, quæ gloriosè cœpiſti, fœliciter abſolve; ſemperque animo reputa nullum majus Imperii inſtrumentum eſſe, quàm Adminiſtrorum conſultiſſimam Prudentiam, quæ nunc pars eſt, nunc origo, nunc publicæ ſalutis cumulus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

XXXIV.

De Regnorum ortu & occaſu, incrementis & decrementis.

COeleſtes cauſas humana conditio noſſe prohibetur; Ac ut olim in Dei Sanctuario Hebræis venerando nullum patens feneſtra lumen admittebat; ita nulla mortalium oculorum perſpicacitate, divinorum Arcanorum latebræ dimoveri poſſunt; Vnum in illis acumen eſt nihil cernere, una ſapientia nihil ſcire. Itaque de latentibus cauſis, quibus Reſpublicæ & Imperia non labefactantur modò, ſed ab imis con-

convelluntur fundamentis, & ad
ſummum perducta, rurſus ad in-
ſimum relabuntur, non diſputa-
mus: ſed ſupplices & abjecti, &
n veſtibulo hærentes, præpoten-
is Dei judicia veneramur. Solus
lle in eodem fœlicitatis veſtigio
ibi hæret, ſine ullo ſui diſpen-
lio, aut incremento: cætera o-
nnia variantis Naturæ viciſſitu-
line, & aſſiduo circumactu, naſ-
untur, denaſcuntur, oriuntur,
boriũtur, volvuntur, revolvun-
ur, & in Fati ſervitutem veniunt.
Hic nimirùm rerum humana-
um in ſe remeantium gyrus eſt,
c quidam velut orbis, qui ut tẽ-
orum, ſic Regnorum vices ver-
it; ut etiam ſi arma quieſcant, &
is omnis ceſſet, magna tamen
uæquæ ipſo ſidunt põdere, ipſa-
ue Fortuna ſua tandẽ oneri ce-
it: nec mirũ, cùm in cœlo quoq;
naſci

naſci aliquid mortatale cernimus. Tu verò, Armacane, quaſi novus Aruſpex ex Hetruria veneris, reconditas harum rerum cauſas in tuam notitiam perducis, & in hæc Arcana, quæ reducta, & in interiore Divinitatis ſacrario clauſa ſunt, puſillum tuum mittis ingenium; Galliæ ſupremum denuncias exitium; & id Regi tuo audes polliceri, cujus olim Deus Cyro ſpem fecerat, *Subijciam ante faciem ejus gentes, & dorſa Regum vertam, &c.* Ac ut oſtendas ex parte promiſſis data ſuppetiiſſe, ingentem Regnorum & Provinciarum Hiſpanis audientium nomenclaturam fundis; ut qui cum orbe deſinant, una manu Orientem, altera Occidentem complectantur, & utraſque victrices cum ſole diſpergant; quaſi Fortuna a

eorum

eorum pedes provoluta, fidem
ſuam illis perpetuo obſtrinxerit
tributo, eiſque tradiderit montes
aureos, mare unionum ferax,
gravidam gemmis Tellurem, &
quicquid inſatiabili Ambitioni
lenocinari poteſt. Sed ô proſcri-
bendam popularis tui vocem!
Quis, inquit, *invideat illis quod de-*
creto Divinæ Majeſtatis acceperunt, *Vernul. in Apolog.*
cui obniti nihil aliud eſt, quàm æter-
næ Providentiæ reſiſtere. Gloriam
certè veſtram, ô Hiſpani, liventi-
bus & vrentibus oculis nũquam
perſtringimus, ſed invidenda
vobis potiùs quàm imitanda e-
gregiæ Virtutis monumenta Po-
ſteritati tradimus; nec Divinæ
obſiſtimus Providentiæ, ſed æ-
ternum illius Decretum, obſe-
cundante rerum noſtrarum cur-
ſu ratum facimus. Nolite ergo
tam magnificè vos circumſpice-
re;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

re; enimverò ſi ſummus Iupiter, ut eſt in Græcorum proverbio, in membranas ſuas reſpexerit; hoc eſt ſi merita cujuſque ex a-ctis Divinitatis & Commentariis ſupernis recognoverit, haud ſci-mus an veſtra potentia tot gen-tium diſpendio excitata, in præ-dam viciſſim juſtis hoſtibus ali-quando ceſſura ſit. Iamque in Orbe novo Imperium propri-laborans magnitudine, præcipit-lapſu in ſuum ferri exitium cœ-pit; nec aliis armis, benè fortu-nante Deo, quàm eorum quo-ut perduellionis reos agitis at-que poſtulatis. Quod ſi in cæte-ris, ſummus ille divinarum hu-manarumque rerum Arbiter manum adhuc cohibeat, no-ideò vos placeatis: diffinditu-ultionis dies, non tollitur; hoc ita pœnæ intervallum eſ-

ut ſit & augmentum. Quidni
enim hæc in te regeram, Arma-
cane, qui Vatem agens, quaſi Tri-
pode ſupremam labem Galliæ
minitaris? At illa bello inſupe-
rabilis, quæ jam olim ſibi aliiſ-
que ſupereſſe viſa eſt, qui quot ſũt
terrarum Orbis partes, totidem
ſuæ fecit monumenta victoriæ,
nunquam in Hiſpanorum po-
tentiam migrabit; qui extremas
tantùm illius oras attigerunt, in-
teriora non niſi captivi aſpexe-
runt, & quorum tota vis, quaſi
fluctus ad ſcopulos alliſus hebeſ-
cit. *Viſcoſa* illius eſt Fortuna, quæ
tot Regionibus luſtratis, fatigata
tandem ad Sequanam, ut olim
ad Tyberim, verſatilem globum
ſiſtere ac figere deſtinavit. Nun-
quam illa tam milite vacua eſt,
ut non viris, telis, armis ab
externo impetu muniatur, &
ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

ut quondam unus ex Danorum
proceribus extulit, citiùs ex ter-
ra edentur armati, quam juven-
tus illi deſit, quæ pro patria fer-
ro dimicet. Hoc habet propriũ
ſtare, nec ullis Terræ motibu
Plin. concuti, aut quaſſari; dumqu
conantur inimici ejus à ſedibu
imis eam revellere, nova illi fun
damenta locant; nec aliam i
nobiliſſimo Regno ruinam ni
ſuam ſpectabunt. Vana itaqu
ac nugatoria tua ridemus Augu
ria, de provida illa mente ſecur
quæ Gallicum Imperiũ tot ſum
morum Principum ſerie nu
quam interrupta florens, imag
nem in Terris eſſe voluit reg
minis illius æterni, quo reru
vniverſitatem in cœlo modera
tur. Vide ergo ne adſit Spiritu
ille mendax, qui per ora Proph
tarum Achab Regi magnifica

po

pollicebatur Victoriam, cùm Dominus illi exitium pararet.

XXXV.

De Beati Remigii teſtamento.

MVltum haud dubiè debet Gallia Clodoveo Regi, qui eam tam magna incrementorum acceſione locupletavit, & ad ingentem famam, verumque decus extulit. Sed plus debet Remigio, qui ſuperbientem Clodoveum, & Martio quodam ſpiritu ferocientem, ſuaviſſimo ſenſu Religionis imbuit; ſine qua quid ſunt Imperia terrarum, niſi ſpecioſa latrocinia? Ille verò ſanctiſſimus Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Remenſium Pontifex, & alter Galliarum Apoſtolus, dùm teſtamentum ordinaret, & magnam Libertatis vocem, in ſupremis illis Tabulis emitteret, ut erat futurorum peritus, & *in longa tempora prophetabat*, ſe Clodoveum *in Regiæ Majeſtatis culmen perpetuò regnaturum elegiſſe*, diſertis verbis profitetur. Nec in hanc uſque diem vacillavit fœlicis Augurii fides, quod ſcilicet non præpetis pennæ involatus, non oſcinis cantus, nec ſiniſtræ manubiæ comprobaverunt; ſed certiora multò ſigna, quæ ad futuri præſenſionem ex cœleſti petebantur aura, & ex Divinæ Sapientiæ adyto expromebantur. Etſi enim Gentiles ex Clodovei ſtirpe defecerint hæredes, in ſui tamē Sceptri ſucceſſoribus, ad quos Imperii cauſa decurrit, regnat adhuc

& in-

& invito Armacano in ævum regnaturus eſt. hoc nimirum Francorum Regibus præcipuum præ cæteris datum, ac ut illuſtriſſimo Baronio videtur, beati Remigii precibus conceſſum eſt, ut nunquam ob Principum Gallorum noxas, ad exteras Nationes Imperium tranſlatum atque transfuſum ſit, juxta divinum illud pollicitum; *Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo.* Hiſpania quidẽ à feris Gentibus ac indomitis ſæpe regnata eſt; In ea conſtiterunt è ſedibus ſuis dilapſi Vandali; ab iſtis ad Silinguos, à Silinguis ad Gothos, à Gothis ad Rodericum prætermiſſis VVitizæ Regis filiis; a Ro-

derico ad Mauros, à Mauris ad
Almohadas, & ab his iterum ad
Mauros, miro quodam alternan-
tis Fortunæ ludo, rerum ſumma
delata atque tranſmiſſa eſt. V-
num in Terris Gallicum Impe-
rium vetuſtatis patiens, & divi-
no quodam munitum pignore
ad æternitatem conditum vide-
tur. Non etenim magnus ille
Francorum Genius, ut olim Ma-
cedonum, ad dieculam tantum
aſpiravit, aut ut Athenienſium
breviculo floruit tempore; ſed
Nobiliſſimi Regni compages tot
labentium ſæculorum curriculis
ita coaluit, ut convelli nunquam
ſine convellentium exitio poſ-
ſit. Quinetiam tam arcto vin-
culo Chriſtiani Orbis decus &
incolumitas cum illius perenni-
tate conjuncta videtur, ut ex
Vatum reſponſis, *Quandiu Re-*
ges

ges Francorum duraverint, Romana dignitas non peribit, quia in Regibus illis ſtabit. Plane ſi Regnum eorum tandiu eſſe perduraturum Remigius prædixit, quandiu in eo Religio & Iuſtitia colerentur, certa ſpes eſt nullum unquam vitium facturum, ipſamque fœlicitatem, cujus ex omnibus rebus humanis velociſſima eſt levitas, ſtabile in eo pondus, perpetuamque moram habituram; cum hic Religio & Iuſtitia, tam firmo fœdere devinctæ ſint, tamque bene una conveniant, ut Gratiarum nodis ſimul adſtrictæ videantur. Quid ergo, homo importuniſſime, Chriſtianiſſimum Regem Remigianis dictis obnoxium tibi fingis, totiuſque Galliæ fœlicitatis funus indicis acerbiſſimum? An ignoras hac execrabili proſcriptione illos *Author. tract. de Antichr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

tantum devoveri, *qui Eccleſiarum Dei pervaſores, ac depopulatores fuerint, aut qui incorrigibilis contumaciæ ſpiritum geſſerint?* Quod à Rege Pietatis retinentiſſimo, & per omnia Superis quam hominibus propiore, alienum prorſus eſſe nemo non inſanus inficiabitur. An *Eccleſiarum pervaſorem* putas eum, qui tam firmis eas præſidiis munivit? tam multis ornamentis affecit? tamque late ſacrum illarum Imperium prolatavit? An *Depopulatorem* vocas, qui eas non modo in priſtinam dignitatem reſtituit, ſed ut earum fines ditioneſque propagaret, nullã ſibi unquam difficultatem pertimeſcendam, nullum periculum detrectandum, nullam dimicationem refugiendam arbitratus eſt? An denique *incorrigibilis contumaciæ ſpiritum geßit,* qui

qui cœleſtium præceptorum diſciplinis innutritus, perpetuum profeſſus eſt, aut contra Dei hoſtes, aut contra vitia certamen? En, Armacane, notæ quas garrulis tuis notis opponere inſtitui; breves quidem, nec tanti Patrocinii numeros implentes, ſed quæ te admonere poſſint, male feriati ingenii eſſe, ſummorum Regum Sacroſanctam exiſtimationem, cum obſcurare non valeas, convitiis arrodere; candidior illa eſt, quam ut ullis rumoribus iniquis, quos toto paſſim opere ſparſiſti, delibari aut inquinari poſſit. Iverunt illi famæ celebritate conſpicui, & omni ſemper livore majores, in omnium ſæculorum decus, & in ſtuporem potius quam in æmulationem poſteros deduxerunt; hoc nimirum illis pecu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

liare, hoc gratiæ ſingularis eſt, quod tam qui eos æmulentur non habent, quam qui ſequantur. Hos itaque mirare, ſuſpice, ſimulque diſce de tantis Heroibus honorifice ſemper & loqui & ſentire; næ tu enim, cum vehementiſſimum in eos accuſationis fulmen injeceris, impetu gravis, exitu vanus appares. Valeant ergo maledicta tua: faceſſant calumniæ, tandemque aliquando rationi temeritas, luci caligo, mendacium veritati decedat. Vos autem, ô Hiſpani Gallici nominis atque fœlicitatis oſores, deſinite maleficia veſtra pro egregiis in Religionem Beneficiis nobis venditare; omittite verba, facta oſtendite; Veſtrum illum tergeminum Geryonem, ſuperbiam videlicet, cupiditatem & Ambitionem exuite; ſa-

te; ſaxum illud univerſalis Imperii, quod irrequieto labore ſubvolvitis, deponite: Cum vicinis Principibus amicitiam colite; in pacis conſilium deſcendite: atque hoc demum vetere verbo ſapite, *Bonum eſt quieſcere.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 28